Fortsetzung

Der

Commentatorum

in Psalmos Davidis,

Als

Der X. Theil

Der Biblischen Scribenten.

Regenspurg/
In Verlegung Johann Zachariä Seidels.
Anno 1715.

I. N. J.

JOHANNIS GAGNÆI Arbeit über die Psalmen ist heraus kommen Año 1564. zu Pariß. Mabillon in tr. de studiis monast. p. 821. rechnet ihn unter die besten Commentatores, und *Sixtus Senensis* gibt uns in Biblioth. S. L. IV. (Edit. Paris. in fol.) p. 265. seq. diese Nachricht von ihm: Gagnæus Parisiensis Theologus, Christianissimi Francorum Regis Francisci ecclesiastes, ac primus eleemosynarius, vir in secularibus literis doctus, & in divinis scripturis, ac præsertim in declamandis homiliis absolutissimus, collegit brevi compendio clarissima & facillima in totum novum Testamentum scholia, ex diversis utriusq; linguæ codicibus, & ex præcipuis tam Græcorum quam Latinorum sententiis selecta, quorum catalogus hic est:

In sancta quatuor Evangelia lib. I.

In actus Apostolorum lib. I.

In omnes epistolas Pauli lib. I. cujus initium est, *qui præfantur.*

In septem Canonicas lib. I. incipiens: *Hujus author epistola.*

In Apocalypsin liber I. incipiens: *visum erat Christiane lector.*

Idem quoque redegit omnes Davidicos Psalmos in lyricos diversorum generum, variarumque odarum versus, Pindarum & Horatium carminis venustate æmulatus, adjectis ad singulas odas Psalmi argumento brevi prosa explicato, descriptisque à latere paginæ ipsis Psalmorum verbis juxta Ecclesiasticæ versionis veritatem: quam in contextu odarum ubique sequitur, & unà cum Hebraica veritate floridis paraphrasibus exponit. Opus incipit: *Qui studiosam atque exactam.* Claruit anno Domini 1550. conf. *Possevin.* Appar. S. Tom. I. p. 878.

GALDERICUS GALI, Catalanus, Gerundensis, Jure Consultus, Pedemontano-Insubricæ legionis peditum, quæ Mediolani meret, Juridicus, vertit ex Italico *Ludovici Melzii*:

Las Reglas *militares sobre el gobierno y servicio particular de la Cavalleria.* Mediolani, apud Joannem Baptistam Bidello 1619. in folio, item

El Rosario *de Nuestra Sennora con una Parafrasi de los Salmos*, ex Italico etiam Panigarolæ, Neapoli 1611. in 8. *Antonius* in Bibl. Hispan. P. I. p. 391. Ein mehrers davon werden wir bey dem Panicarola in den folgenden gedencken. Weit besser aber hat sich um die geistlichen Psalmen und Lieder verdient gemacht *Georg Galli* (den ich um des Nahmens Gleichheit willē obiter anführe) Chrudimenus, Culmbaci exul in Psalmis mysticis Edit. Norib. 1631. in 12. der dieselbige nicht denen ver-

storbe-

storbenen Heiligen / sondern GOtt allein zu Ehren aufs lieblichste componiret hat.

Joh. Bochius in seinen Observationibus über die Psalmen p. 807. führet auch BERNARDINUM GANDOLUM, Brixianum, als einen Commentatorem in Psalmos an. Es heist aber dieser Autor *Gadolus*, und meritirt mit bessern Recht unter diejenige gesetzet zu werden / welche über die gantze H. Schrifft commentirt haben / wie wir denn zu seiner Zeit bey solcher Gelegenheit dieses Autoris nicht vergessen wollen.

In den MSC. Anglicanis *Thom. Bodleji* (vid. Catal. MSC. Angl. *Bernardi* P. I. p. 92. n. 1878.) ist diese Nachricht zu finden: Psalmi Davidis; etiam habentur Notata quædam ex manibus Doctoris THOM. GASCOIGN, &c.

Ejusdem Thom. Goscoign. Relatio de Decollatione Rich. Scroop Archiep. Eborac. facta jussu Henrici quarti. Ejusdem querimonia de vitiosa Electione Archiep. Cant. A. D. 1443.

Psalterium Hebraice, cum punctis.

Th. Gascoyne Doct. Theol. Oxon. A. D. 1440. edoctus à Joh. Horn octogenario, qui fuit parochialis Sacerdos de Luttervvorth, quo tempore Wiclefus obiit, nempe A. 1384 in die Sylvestri. conf. eundem *Bernardum* l. c. p. 239.

GALTERUS Insulis natus, quæ civitas est in Belgio, Episcopus Mogolensis, rogatu suorum Clericorum expositionis Scholasticæ in universum Psalmorum librum reliquit. Claruit an. 1230. Et quidem Trithemius in Catalogo virorum illu-

ſtrium, cum non ita multò poſt hunc Galterum, alterius Galteri meminerit dicti de Caſtellione, oriundi ex eâdem civitate Inſulis, quem Theologum, & Poëtam clariſſimum vocat, facit ut dubitem, num idem, unusque, ſit cum eo, quem dicimus in Pſalterium ſcripſiſſe. Sed hunc alterum eleganti carmine, ait Trithemius, ita ceciniſſe Geſta Alexandri, ut antiquitus in ſcholis pro ipſo veterum lectio neglecta videretur. Porro qui Trithemio eſt *Galterus*, Henrico de Gandavo eſt *Walterus*, *Ant. Poſſevinus* P. I. Appar. Sacr. p. 614. ſeq. vid. inf. *Philippus Gualterus.*

Jetzo kommen wir auf einen Commentatorem der wenig ſeines gleichen hat/ aus dem Titul-Blat können wir ſchon von dem herrlichen Innhalt judiciren: D. MARTINI GEIERI, Ebreæ quondam Linguæ, ac poſtea Theologiæ in Acad. Lipſ. Profeſſoris Publici, & Superintendentis, demum Sereniſſimo Elect. Sax. à concion. Aul. Primar. Confeſſion. Sacr. & conſiliis Eccleſiaſt. Commentarius in Pſalmos Davidis, fontium Ebræorum mentem, & vim vocum Phraſiumque Sacrarum, ſenſumque adeò genuinum, adductis copioſè locis Parallelis, collatis etiam, ubi opus, verſionibus interpretumque Sententiis, & enodatis difficultatibus grammaticis cum cura eruens. Ad finem habentur vocum Ebraicarum, idiotiſmorumque explicatorum, & rerum verborumque luculenti Indices. Dresdæ, Francoforti & Lipſiæ Anno MDCLXXXI. fol. Iſt aber ſchade/ daß in dieſer Edition D. Geiers Dedication ausgelaſſen worden.

Der Dreßnische Buchführer / Christian Bergen / hat dieses Werck seinem Landes-Herren Johann Georg III. Churfürsten in Sachsen dediciret / insonderheit sind die darinnen befindliche Worte merckwürdig: Psalmorum liber Regium opus est, à Spiritu Principali (Ps. 51. v. 14.) dictatum, à Rege conscriptum, Regiis virtutibus & regnandi artibus plenum, omnium doctrinarum promptuarium, omnium mysteriorum gazophylacium, omnium necessitatum armamentarium. Hâc fistulâ David pastor Leones & ursos compescuit: Hac Lyrâ adolescens Dæmones fugavit: Hoc scuto profugus à Saule se tutatus est: Hoc gladio Rex hostes prostravit, his armis pestilentiæ plagas avertit; his carminibus Dei ipsius minas & iras expugnavit. *Aurum* hoc esto *coronarium*, verbum quippe Dei, quod auro solidissimo pretiosius Ps. XIX. 11. & Sapientiæ Cœlestis, quasi penu, quæ corona Decoris audit. Prov. IV. 9. Jam si vana cæci Poëtæ metra maximus Macedo digna judicavit, quæ auro inclusa cum pugione sub pulvinari conderet: Si Romani Ancile suum, scutum de Cælo Numæ tempore delapsum, quasi urbis Palladium, sanctissime coluerunt: Si de armis Achillis duces Græcorum fortissimi, tanquam de maximis thesauris acerrimè contenderunt; Quidni divinissima hæc Regii vatis carmina, ut eminentissima in Senatu consilia, & invictissima in Bello scuta & tela magni habitum iri considerem *à Principe pio & magnanimo*, qui Davidem inter arma exprimit, quasi ad arma natus;

inter ſacra, quaſi ſinceræ religionis vindex, inter ſubditos denique, quaſi in ſalutem eorum cælitus unctus & deſtinatus? Suſcipe ergo Tua, id eſt, ſerenâ fronte, *Sereniſſime Elector*, *aurum hoc coronarium*, illuſtri B. *Geieri* comentario expolitum, ac eruditiſſimis notis veluti gemmis diſtinctum.

Noch notabler iſt des ſeel. Autoris eigene Præfation, die auch bey der erſten Edition A. 1668. in 4. zufinden / dabey wir von dem gantzen Werck einen kurtzen Bericht finden: Tandem itaque, ſchreibt er / juvante Dominô contingit, quod futurum, ne per ſomnium quidem, cogitavi unquam. Nimirum evulgantur, inſtigantibus ita tum Viris Amicisque magnis, tum Auditoribus priſtinis, *Prælectiones meæ publicæ in Pſalmos*, quas olim Lipſiæ, inde ab Anno 1640. (d. 14. April.) adusque Anni 1658. d. 27. Apr. (vid. ultimam hujus comment. paginam) tanquam Linguæ Sanctæ Profeſſor publicus, tradideram de cathedrâ. Novi, deſcriptas eas paſſim, nec citra mendas plurimas: prout nimirum auditor atq; ſcriba aſſequi valuerant docentem, eatenùs vel probè, vel mutilè, vel alienè, derivabantur ad alios, quæ non niſi correctiſſimè optabantur iisdem inſervire. Utut verò urgerent ſubinde tum typographi, tum rerum harum ſtudioſi, deſcriptionem publicam ac plenam, obſtabat tamen, tum occupationum plurimarum concatenata ſeries, tum remoræ nonnullæ aliæ, quæ ne relectionem quidem permittebant parturienti. Tandem tamen, cum vitam academicam, & huic annexos functiones cœteras,

teras, vis ſuperior deſerere juberet penitus, novumque in Aulâ, (quantum inhorruerim, Tu noſti *Deus optime*,) ſubire munus, allubuit iterum, ſanctæ recreationis cauſâ, Academicas denuò relegere nonnihil (nam plenè & ex votô nec hic datum fuit,) opellas. Adſcripſeram verò ſubinde notulis primis non pauca paſſim reperta; quæ ſanè, ut & primæ, limam requiſiviſſent longè exactiorem: verum ſi hanc omninò expectaſſem diutius, haut dubiè non elimata, ſed eliminata fuiſſent tandem omnia, inque ſpongiam incubuiſſet Auguſti Ajax. Quapropter nolens volens exhibui tandem, prout reperiebam ea, in quibus aliquid fortaſſe deliteſcit commodi, aut quod piis ſaltem mentibus anſam dare poteſt cogitandi de re ſacrâ uberius ac melius.

Hiſpida, fateor, hiulca, minusque cohærentia non rarò Tibi, Lector erudite, movebunt nauſeam; verum ſi pius es ac eruditus, ſcio veniam apud Te mihi paratam. Liceat hîc mihi verbis uti B. Hieronymi (*epiſt. 28. ad Luciniumf. m. 193.*) *opuſcula mea, quæ non ſui merito ſed tua bonitate, deſiderare te dicis, ad deſcribendum hominibus tuis dedi, & deſcripta vidi in chartaceis codicibus; ac frequenter monui, ut conſerrent diligentius & emendarent. Ego enim tanta volumina præ frequentiâ commeantium, & peregrinorum turbis, relegere non potui, unde ſi paragrammata repereris vel minus aliqua deſcripta ſunt, quæ ſenſum legentis impediant, non mihi debes imputare, ſed tuis & imperitiæ notariorum, librariorumque incuriæ, qui ſcribunt, non*

quæ inveniunt, sed quod intelligunt: & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos. Adjungo S. *Augustinum* (l. 4. doctr. christ. c. XI.) *bonorum ingeniorum insignis indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire, quod volumus, non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus, nisi patere, quod clausum est.*

Sicut verò, fährt diese demüthige Seele fort/ hæ in Psalmos notæ à me sunt traditæ tum temporis Professore Linguæ Sanctæ, ita non est, quod justum Tibi in Psalmos pollicearis hic commentarium. Absit. Philologiæ curam habui vel maximè, ita ut de dictionum tum significatu in se, tum in hoc illôve nexu indole, tum de versionum varietate, sollicitus essem imprimis. Proprietatem vocum phrasiumque ut assequerer solidè indubiéque, non contentus eram inspexisse Doctores optimos, (non tamen prolixos eos, sed succinctos præcipuè nervososque,) quin concordantias potiùs consului semper labore improbô ac indefessô, indeque judicium informari sentiebam quam optimè ac jucundissimè; quandoquidem idem ille Spiritus, qui hic loquebatur succisius, alibi fusius se explicando, interpres sui ipsius evadebat omnium optimus. Et quanquam Doctorum subinde unum alterumque, etiam ex Magnis, cespitare deprehenderim ob Indicum illorum optimorum, & nunquam laudatorum satis, neglectum, nolui tamen virgulam mox stringere censoriam, sed mecum potius hallucinationes illas

illas ſervavi, condonavi, deque ſubminiſtratis per ipſos aliis utilibus tacitè gratias iisdem egi, ſperans, me apud alios viciſſim eandem charitatis menſuram conſecuturum, ubi humani quid à me commiſſum iidem viderint. Appono hanc in rem verba B. Lutheri, (*præf. in Pſalm. tom. 2. Jenen. lat. ab init. & tom. 3. Witt. lat. fol. 119.*) *omnia, quæ B. Auguſtinus, Hieronymus, Athanaſius, Hilarius, Caſſiodorus & alii ſuper Pſalterium contulerunt, veriſſima ſunt, ſed à ſenſu literæ quandoque remotiſſima. Et mea quoque ſecunda hæc profeſſio*, (jam ſemel enim publicè prælegerat Pſalmos) *à primâ longè latéque diverſa eſt, nec eſt liber in Bibliis qui me diligentius exercitarit, donec in eam ſententiam venerim: oportere nullius interpretationem, modo pia ſit, rejicere, niſi talionis lege rurſum quis optet rejici. Deficit ille in aliquibus, tu in pluribus; nonnulla video, non viſa Auguſtino: rurſum multa viſuros ſcio, quæ ipſe non video. Quid ergo reliquum eſt, niſi ut mutuum juvemus, labentibus tanquam & ipſi, vel lapſi, vel lapſuri ignoſcamus?* Farraginem quod ſpectat ſententiarum, alicubi occurrentem, adſcribo verba Hieronymi ex *l. 1. apol. adv. Ruffinum* f. m. 495. t. 2. *commentarii quid operis habent? alterius dicta ediſſerunt, quæ obſcurè ſcripta ſunt, planô ſermone manifeſtant, multorum ſententias replicant, & dicunt: hunc locum quidam ſic ediſſerunt, alii ſic interpretantur; illi ſenſum ſuum & intelligentiam his teſtimoniis & hac nituntur ratione firmare; ut prudens lector, cum diverſas explanationes legerit, & multorum vel probanda, vel impro-*

improbanda didicerit, judicet, quid verius sit, & quasi bonus trapezita, adulterina moneta pecuniam reprobet. Num diversæ interpretationis & contrariorum inter se sensuum tenebitur reus, qui in unô opere, quod edisserit, expositiones posuerit plurimorum? Si qui Criticorum nasutuli hæc nostra carpere voluerint, parùm sanè me isthæc divexabunt: si vera me docuerint, erroneis expunctis, agam iisdem gratias: si scommatibus lancinent, rogo Deum, ut ab hac prurigine eosdem liberet, lasciviamque condonet probis omnibus abominandam. Brevitati dum semper dedi operam, conceptus non ita probè licuit semper explicare, fucumve dictis conquirere. Vindicare textum sacrum à frivolis Heterodoxorum detorsionibus, veramve nostram thesin illinc statuminare, si fuisset animus, transgressus essem professionis limites: interea tamen quotiescunque talis se obtulit occasio, non alienum à me duxi, Auditorem ad Nostrates, operosius & ex professô talia tractantes, instar hodegi fideliter ablegare. Adeoque cum annotationes hos non veteranis exhibeamus Sacrorum tractatoribus, sed tyronibus, præcipue illis, qui Fontium tenentur desideriô, inque his proficere volunt juvante Domino, contentus ero, simplicitate piâ simplicibus profuisse ad simplicem piumque Hymnorum Davidicorum sensum. Perspectô hôc, ultrò sequetur usus didacticus, elencticus, &c. à Commentatoribus genuinis alibi operosè commonstratus. Ad quos ipsos etiam Te, Benigne Lector, ablegatum velim

lim — — verum ut dixi, Commentarium non ſcripſi, ſed collectanea; & quidem in Librum ſatis arduum, de quô non malè olim *Felix Pratenſis* (in præf. ad Lectorem) *rei difficillimæ manus admolitur, quicunque Pſalmos Davidis transferendos aggreditur: nam propheta, atque idem merus & præſtantiſſimus poëta, divino afflatus numine, ſenſus & locutionis figuras, longè à communi dicendi uſu romotas ſæpiſſimè profert &c.* Quâ fermè ratione etiam Hilarius *præf. Pſalm.* librum hunc ait eſſe illum, ſeptem ſigillis qui obſignatus, Apoc. V. 5. Et eâdem de cauſâ B. Lutherus quoque ſuam hic profitetur lubens inertiam: Was hätte ich drum gegeben in meiner Finſternus / daß mich jemand hätte unterrichtet / wie ich einen Pſalmen recht verſtanden hätte? wolte ich gerne auf der Erde darnach gekrochen ſeyn biß ans Ende der Welt ꝛc. *poſtil. eccl. epiſt. Dn. Cant. f. m. 58. a.* Hac igitur de cauſa à Lectore quôvis cordatô veniam me facilè conſecuturum ſpero, ſicubi in brevitate iſthac difficultatibusque non ſatisfecero ipſimet. Quid linguæ ferat genius, expoſui, quantum potui: quid alii periti linguæ cenſuerint, adjeci; ſi judicium ſuſpendi proprium, feci hoc ex debitâ modeſtiâ, Spiritus Sancti ulteriorem & Tibi & mihi illuminationem apprecatus.

Zuletzt meldet er auch / daß die beygefügten Indices M. **Gottfried Müller** / Stolbergenſis S. Theol. Stud. der ſich dadurch wol recommendirt/ verfertiget habe.

Was bey der letztern Edition noch hinzugefüget wor-

worden / hat der seel. D. Geier daselbst mit gar wenigen gemeldet: Cum, ex Bibliopolarum recensione, cognoscerem, ab emtoribus nonnullis desiderata esse tum Psalmi cujusque *dispositionem*, tum subjunctos *usus practicos*, instaretque nunc nova operis recusio, deesse nolui bono publico, adeoque in nomine Domini laborem istum in me suscepi, dubius tamen de ejusdem absolutione. Sed quæ mira est Dei in imbecillibus potentia, deducta tandem res est ad umbilicum; utinam non sine lectoris ædificatione atque fructu! Quoad *Dispositionem* nolui Psalmistam ad Logicarum Rhetorumve leges cogere, (quis verò pius hoc auderet?) sed simplicissime inhæsi ordini verborum. Quoad *usus practicos* monstrare saltem volui materiarum sedem, ita ut ex Homiliis catecheticis (v. g. B. *Danhaueri*, *Herzogii*, *Fischeri* aliorumque, nec non ex *B. Botsacci moralibus*, *Ravanelli*, *Flacii*, similiumque *Repertoriis* uberior conquiri possit thematum deductio, pro rerum, temporum aut locorum exigentiâ, &c.

Was Wunder / wenn er sich damit unter denen Gelehrten einen unsterblichen Nachruhm erworben? Judicio magni *Hulsemanni*, Geierus in exegeticis incomparabilis, breviter & accurate, more suo, scribens, schreibt *L. Weissius* in Diasc. de pedibus Evangeliz. p. 37. Tanquam aquila in nubibus & orbis literati Imperator ac Eruditionis princeps reliquis palmam præripere videtur, ita in Ebræis ad stuporem, imò ad miraculum doctus *D. Joh. Frid. Scharff* Fasc. Controv. Ebræo-

Syrar.

Syrar. p. m. 5. Er hat die Redens-Arten der Schrifft so genau untersucht als einer / und die Schrifft aus der Schrifft erkläret. Johann Conrad Feüerlein in novissimo primo p. 464. item p. 489. dem es schwerlich jemand in genauer Untersuchung des eigentlichen Nachdrucks der Grund-Wörter wird bevor gethan haben.

Celeberrimi Theologi pariter & Philologi nomen obtinuit editis ingenii sui monumentis. *Witte* in Diario biograph ad A. C. 1680. d. 13. Sept. Interpres dexterrimus. *Joh. Frischmuth* de LXX. Hebdom. cap. II. §. 12. Quantis encomiis dignè celebremus decus illud Ecclesiæ maximum Mart. Geierum, qui eruditione atque prudentia sua Saxoniam universam incredibiliter illustravit, & immortalibus ingenii sui monumentis de publico bono promeritus est quàm pulcherrimè. *D. Mayer* exerc. de institutione paterna p. 50. studiosissimus Sacrarum Literarum interpres *D. Krakevviz* Disp. Philol. Anno. 1704. Rostoch. hab. ex Ps. LXXII. 17. p. 9. Chrysostomus nostri ævi *D. David Wendler* Discurs. Theol. de Sp. S. pro Sanctis intercessione p. 4. Optimus Scripturarum exegeta, cui Deus de meis, si placuerit, annis plures addat, *Theophilus Alethеus* (*Lyserus*) in Polyg. triumph. p. 30. item p. 458. Theologus consummatissimus & optimus Scripturæ interpres. Theologorum Saxonum palmarium decus. *M. Enoch Zobel* in Disp. de fide implicita p. 137. (ipse enim Autor erat, non Præses D. Scherzerus, documenta enim luculenta mihi ad manus sunt.)

D.

D. Geyers sonderbahrer Fleiß behält billig den Preyß / bey allen / so die Wahrheit der heiligen Sprache lieben / sammt des Herrn D. Calovii herrlichen Annotationibus, so wieder die Judenzenden Glossen gerichtet. Immassen dieser hochverdienten dapffern Männer Arbeit auch die auswärtigen loben / also daß die unverdrossene löbliche Rettung der angefochtenen Wahrheit / davon D. Beckers Vorrede zu lesen / auch die Engelländer erkennen / und dem Lobwasser und seines gleichen unrecht geben müssen / besage des *Matth. Poli* Londinensis Volum. 2. Synopſ. Critic. Zeugnüß / im Anfang des Psalters da er sagt: GEIERUS, Vir eruditus, qui & proprietates verborum, & ſenſum rerum diligenti ſæpe indagine eruit. CALOVIUS multa pſalmorum & aliorum, qui inſequuntur, librorum loca, â toto fere orbe Chriſtiano, tum veteri, tum novo, de Chriſto jure merito intellecta, à nonnullis temere in alienum ſenſum detorta, eruditè ſolidéque vindicat; quæ, quia communi cauſæ Chriſtianæ deeſſe nec volui, nec auſus ſum, fideliter hic repræſentare placuit. *D. Joh. Olearius* P. III. Bibl. Erklärung p. 4.

Multum hic præ cæteris præſtitiſſe videtur Clar. *Forſterus*; ſed legitimum proceſſum atque modum omnibus præivit feliciſſimus ſacrarum literarum interpres D. D. *Geierus*, cujus vel ſolæ in Pſalmos Prælectiones plus avido Philebræo hic ſuppeditant, quam ex Lexico quocunque peti queat. *D. Pfeiffer* in Conſult. Epiſt. de editione Lex. Bibl. §. 4. Inter commentatores eminent, quan-

quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi Commentarii D. Geieri, quippe è cujus vel ſolis in Pſalmos prælectionibus (quibus & Comment. in Proverb. Eccleſiaſt. & Danielem addi poterunt,) index radicum & vocum expoſitarum inſtar Lexici emphatici avido Philebræo eſſe poteſt, idem *D. Pfeifferus* in Critic. S. p. 175. (Edit. Dresd. 1688. in 8.) *M. Aug. Herm.* Francke Diſſert. de Grammat. Hebr. §. 20. Pro more ſuo i. e. egregiè ac erudite ſcripſit, de cujus viri univerſis in S. Scripturam laboribus omnino valet, quod in ſpecie de ampliſſimo in Pſalmos Commentario apprimè judicat *D. Pfeiffer* in theſ. Hermeneutic. Cap. VI. p. 271. cum Pſalmorum liber plerasque radices vocesque Biblicas complectatur, index Geieriani Commentarii vicem Lexici cujusdam emphatici explere poteſt. *D. Krackevviz* in Diſſert. exeg. Job. XXIII. 12. A. 1705. Roſt. hab. p. 13. ſeq.

D. Georg. Henr. Gœzius in Meletem. Annæb. Eclog. Am. Jur. Div. p. 11. ſeq. Omnes ferè, inquit, Exegetas & Practicos, longè ſuperat *Martinus Geierus*, rerum ſacrarum Doctor incomparabilis & inſignis Scripturæ diviniorís Interpres, qui in Exegeticis ſuis & Practicis, quos edidit, libris, puro uſus eſt dicendi genere, elegantiſſima attulit dicta, facta, exempla, ſimilia, ita ut omnes eum ſequi debeant atque imitari. Id. ibid. p. 1099. & 1105. Scripta Geieri Exegetica & Practica magno ideò in pretio habenda ſunt & colenda, quod non tam comtum eximiè, eleganterque cultum

dicendi genus habeant, quam argumenta ſacra pulchrè & non ſine commodo Lectorum pertractent. In his ſanè & univerſis, qui pii ſunt, libris, ea unusquisque inveniet, quæ ipſum benè erudire atque ad cœleſtem vitam ducere poterunt.

Quæ hodiè Eccleſiarum Evangelicarum eſt felicitas (quam utinam Deus, frendentibus licet adverſariis, nobis perpetuam eſſe velit!) ſi *Erasmus* in has terras hodiè rediret, haud dubiè ſui voti ſe compotem factũ eſſe fateretur, tot eximiis viris magna eloquentia & eruditione non vulgari inſtructis, & non minus doctè quam facundè docentibus, ex pie ſobrieque viventibus. Talis ſanè inter præcipuos fuit ὁ νῦν ἐν τοῖς ἁγίοις, *Martinus Geierus*, qui ut Apollo Act. XVIII, 24. deſcribitur, erat δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς, διδάσκων ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ κυρίου, quin & σωτηρίας ἀνθρωπίνης. Nam pro umbone graviter & ſolidè docuit, & tam piè & innocenter vixit, ut illuſtre præbuerit exemplum aliis, in quod intuerentur. Quanto cum applauſu in cathedra Academica, qua dexteritate in ſuggeſtu docuerit, etiamnum meminerunt ipſius auditores, ad præclara officia evecti. Quam diffuſa fuerit hujus viri eruditio, loquuntur doctiſſimi illi commentarii, quos in *Danielem, Proverbia & Pſalmos &c.* conſcripſit. Quale quid ſe præſtare poſſe, Eraſmus negaturus fuiſſet, *in Pſalmos*, inquiens, *rogatus ſum, ut ederem commentarium ſed deterrebant me tum alia multa, tum illa potiſſimum, hoc argumentum vix tractari pro dignitate,*

tate, nisi quis calleat literas Ebraicas. At ὁ μακαρίτης & nunquam ſine laude nominandus, Geierus noſter ita calluit orientales linguas, ut nihil ipſi defuerit mediorum, quæ ad ſolidiorem Scripturæ explicationem neceſſaria ſunt, utpote probe gnaro, phraſeologiam arcana ſenſuum optimè aperire, &, ſi in quenquam id quadravit, quod acutus Vir pronunciavit, Geiero noſtro vindicandum erit: *Quos in ſacræ Philologiæ cognitione excellere video, eos ego aliis præferendos judico. Facem velut Phoſphorum in tenebris gerunt, & ceſpitantibus facem allucent.* Joh. *Friſchmuth* in Medit. mortis p. 17.

Theologus & Philologus incomparabilis, *Godofred. Wegner* in Meletem Sacr. ex Act. II. 3. p. 5.

Theologus & Philologus incomparabiliter magnus. *D. Mich. Cobabus* in Atheo proprio gladio jugulato cap. II. §. 10.

Optimus pariter ac ſelectiſſimus Lutheranorum interpres. Exc. *Car. Arnd* in Biblioth. B. *Mayeri* Biblica continuata p. *66.* (in welchem preißwürdigen Wercke er ſehr vieles zu dem unſterblichen Ruhm des ſeel. D. Geyers mit eingeführet.)

Cum Ambroſius ſui temporis, *D. Martinus Geierus*, cathedram templi Thomani animaret, ex Evangeliis, quæ vocantur, Dominicalibus & Feſtivalibus, meditationes Temporis & Æternitatis auditoribus ſuis propoſuit. Ex quibus, de ſua-

viſſimo ore, animoque docto & ſancto profluentibus, quanti fructus in populum Chriſtianum redundarint, adhuc, qui eas legunt, facile intelligunt. Etenim non docet ſolum nos orator optimus, quam rationem temporis, in quo vivimus, curamque æternitatis, quæ poſt hanc vitam nos exſpectat, habere debeamus, ſed etiam animos noſtros eo usque permovet, ut tempus noſtrum rite impendere credendo, agendo, patiendo, & ad æternitatem beatam pervenire tandem, ſtudeamus. *Henr. Pipping.* in memor. Theolog. p. 941. ſeq.

Joh. Ben. *Carpzovius*, in Theologiâ Exegeticâ Lipſ. ed. in 8. 1701. Reg. V. §. 4. p. m. 59. B. Geierus, in prima editione Commentarii in Pſalmos nihil amplius pro ſcopo habuit, quàm ut Analyſin Grammaticam & Emphaſin vocum erueret. Deinde vero rogatus, Poriſmata etiam & ulteriorem explicationem Theologicam addidit. Fatetur quidem in Præfatione, ſe ſtudio non attendiſſe Analyſin Logicam, in explicatione ſuâ, omni tamen procul dubio accuratè iſtam Analyſin in mente habuit. Quod verò expreſsè non addidit terminos technicos, vel ideo fecit, quod probe ſciret, paucos ſtudioſos, (explicabat enim Pſalmos publicè in Collegio tanquam Profeſſor Hebreæ Linguæ) imò paucos paſtores adeò gnaros eſſe Philoſophiæ, ut terminos illos technicos ſatis intelligant, ideò maluit omiſſis illis terminis ita procedere, ut quilibet ipſum intelligeret, &

adhibuit potius terminos homileticos ad ufum eò meliorem. Id. ibid. p. 103. Quantum ad Commentarium Geieri in Pfalmos, de eo fupra diximus, quod illum non tam ut Profeffor Theologiæ, quam Hebrææ linguæ, tractaverit, ubi varias fignificationes & emphafes vocum ac phrafium obfervavit potiùs, quàm ut præcepta Hermeneutica adhibuerit.

Cujus labores nulla oblivio obruet, nec merita intelliget quisquis non æquabit. Sola tamen immortalitas tot tantasque vigilias abunde compenfat, & terrarum orbis, qua barbarus effe defiiit, tacitus admiratur ac æftimat, cui tot tamque infignium librorum copiam fecit, ut citra invidiam Tertii Martini elogio celebretur. *Corn. Sam. Schurzfleifch* in Differt. Acad. p. 177.

In aula Divi *Joannis Georgii II.* Pr. El. gravitate muneris, religione vitæ, & fuavitate fermonis incredibili, ac fapientia prope divina, & exquifito ac fingulari judicio ufuque rerum facrarum famam eft confecutus fempiternam. Hujus lumen virtutis non Saxoniæ finibus fe continuit, fed in exteras oras dimiffum eft, & populos nationesque disfitas colluftravit. Nec facile dictu eft, quam recondita fint omnia ejus monumenta, quibus doctiffimorum Europæ hominum, & facri præcipue codicis interpretum, ftudia animosque in fe convertit. Docendo perfpicuus, probando gravis, flectendo, fi quisquam alius, acris & efficax fuit, & admirabili, nec facile imitanda folertia

gravitati lenitatem conjunxit, & quantum in magno Theologo non fucata virtus posset, omnibus testatum reliquit. Res difficillimas planissimè explicavit, dubias sapientissimè aperuit, & in quam quæque partem inclinarent, ostendit, & animos affectusque commovit ac tenuit, ut nihil, in ejus auctoritate & consilio desiderari posset. Pietatem & facundiam cum aurea Byzantii Suada communem habuit, nec minus ipsum luxit mortuum Princeps El. Saxo, quam Chrysostomum Theodosius, qui reliquias quoque maximi antistitis honore affecit, atque in urbe componi jussit, in qua se ultimam fati legem opperiretur. *Idem ibidem.*

Er ist zu Leipzig Anno 1614. den 24. April gebohren / und nachdem er daselbst Professor Hebr. Ling. darauf auch / nach unterschiedlichen andern Kirchen-Aemtern / Pastor und Superintendens worden / hat er zuletzt die Ober-Hofprediger-Stelle A. 1664. zu Dreßden angenommen / starb den 13. Sept. 1680. æt. 66. offic. 21.

Sein Lob und Leben hat auch gar schön beschrieben *D. Alberti,* in Wittens Memor. Theol. Dec. XVI. p. 2053. seq. sub. tit. Singularia Geieri, dabey p. 1066. seq. die folgende Epicedia sehr wol gerathẽ:

Martinos binos habuisti Ecclesia quondam,
Magnum *Lutherum, Chemnitiumq́;* tuum.
Sed postquam cecidit primus, ceciditq; secundus,
Spes nova *Martinus Geier* utrumque refert.

Ter-

Tertius aſt cecidit! magis hunc Eccleſia plange,
Vix quartum referent ſecla futura tibi.

Auguſtus Pfeiffer, Doctor,
Archidiac. ad D. Thom. Lipſ.

Epitaphium.

Saxonicus Daniel jam non captivus in Aula
Amplius, hoc ſitus eſt poſt ſua fata loco.
Quis jam te magnos, dives Friberga metallis,
Theſauros terra ſubter habere neget?
Namque in *Geiero* doctrinæ quicquid ubiq; eſt,
Totiusque abdis nunc Orientis opes.

M. Thomas Ittigius, Eccleſ.
Lipſ. ad D. Thom. Diac.

Jngleichen *M. Joh. Chriſtoph. Wendler* in Diſp. de Sec. XVI. & XVII. Theol. Luth. ſub præſid. *D. Chriſtoph. Sonntagii*, Altdorff. A. 1710. hab. p. 161. ſeq. Vor jetzo vergnügen wir uns mit denen p. 164. ſeq. befindlichen Lobſprüchen ſeines Commentarii in Pſalmos.

Index hujus Commentarii Lexici cujusdam emphatici vicem poteſt ſupplere, ubi ſcil. accuratè diſpicimus, quibus objectis in hoc vel illo loco vocabula applicentur, è quorum natura vis & *ἐνέργεια* explicari poteſt. Sic & Autor eruditæ præfationis præfixæ Francof. editioni Synopſ. Crit. *Matth. Poli* de hoc Comment.

Dignum notatu, quod in Præf. B. Vir Sereniſſ. Eelectorem *Johannem Georgium II.* qui incredibili ſtudio Hebraicas literas diſcendi flagraverat, &

per triennium *M. Joh. Bohemi*, Rectoris Dresdensis ductum fuerat secutus, posteris ob eam causam sistat imitandum.

Qui Geieri Comment. in Psalmos cedro dignos nec non reliqua ejusdem beatissimi Viri Comment. tanquam *Lexica Emphatica* huc (de Flacii clave S. Scripturæ loquitur,) referre velit, ei non refragamur. *Anonymus* in Exercit. Critico-literar. contra Danzium Prof. Jenens. pag. ult.

Wie er sich des seel. Lutheri erster Version über die Psalmen mit guten Nutzen bedienet / zeiget *D. Diecmann* in seinen zusammen gedruckten Teutschen Schrifften P. II. p. 116.

Der berühmte Parisische Theologus GILB. GENEBRARDUS, Divinarum & Hebraicarum literarum Professor Regius, & Commentator ad Hebræam veritatem, wie ihn *Joh. Bochius* l. c. p. 808. nennet / hat sich in den Psalmen Davids viel Mühe gemacht / sub tit. Psalmi Davidis vulgata editione, Calendario Hebræo, Syro, Græco, Latino, argumentis & commentariis genuinum & primarium Psalmorum sensum, Hebraismosque locupletius, quàm priore editione, aperientibus (Paris. 1582. in 8.) welche Arbeit er dem Papst Gregorio X. dediciret. Item: Psalmos cum fusioribus Commentariis ad Gregor. XIII. die zu unterschiedlichmahlen gedruckt worden. Mit so grosser Hefftigkeit er wider seine vermeinte Adversarios, absonderlich *Theod. Bezam*, darinnen fulminiret/eben mit so grossem Nachdruck recommendiret er / wider die Gewohnheit selbiger Zeiten/

ten/die Ebräische Sprache. Er hat auch Psalterium Græco-Latinum publiciret / cui ad fidem vulgatæ & multorum exemplarium restituto, Calendarium Hebræum, Syrum, Græcum & Latinum, cum Genebrardi notis, accessit (wie der Titul lautet) Paris. 1605. in 12. cum approbatione *Barbier*, regentis Prædicatorum, & *Petri Matthieu*, regentis Carmelitarum, andere Editiones werden in *Lipenii* Bibl. Theol. l. c. citiret/ ich habe aber nur diese aus meinen wenigen Vorrath specificiren wollen.

Matthæus Polus in Synopsi Critic. S. Script. Vol. II. rühmt in der Præfation, daß er sich des Genebrardi bey seiner Arbeit über die Psalmen mit guten Nutzen bedienet hätte/und schreibt: Genebrardus Hebraicæ linguæ peritia clarus, qui, multa licet S. Scripturæ commata in gratiam Helenæ suæ turpiter inflectat, nonnulla tamen non contemnenda interpretamenta habet. Ex his non parca manu collegi ea inprimis, quæ difficiliorum locorum enucleationi inserviunt, vel quæ ab aliis præterita sunt. So lobt auch dieses Werck über den Psalter *Mabillon.* l. c. p. 821. *Schurzfleisch* in Collegio Msc. allwo er zugleich observiret / daß der seelige Dorschæus sich dieses Autoris absonderlich in historicis vor andern bedienet.

Colomesius in Gallia Orientali giebt uns p. 87. seq. diese umständige Nachricht von ihm: Arvernia bonis ingeniis fœcunda, hunc edidit Sacr. Ordinis eruditum virum, qui S. linguæ Regius apud Parisios interpres, Hebraicæ antiquitatis arcana

plurima, & ea maxime, quæ ad rationes temporum ſubducendas pertinent, adhibito perſpicacis ingenii lumine, perquiſivit ac in lucem protulit. Hoc enim ex fonte ortum eſt Chronologicum illud opus, & alii, qui nunc ſunt in manibus hominum, ſimilis induſtriæ fœtus, ab eo vigiliis & laboribus elucubrati. Multa ille ex Hebr. & Græcis accuratè tranſtulit, multa recognovit. Multa commentatus eſt. Noviſſimeq́ue Muſarum penetralia ingreſſus, amatorium Salomonis Latinè tentavit, poëma molle illud quidem ac tenerum, ſed pium, quo Servatoris puriſſimos in Eccleſiam ſuâ amores intelligi ſapientiſſimi homines tradidere. Nec eum ab inſtituta verſione deterruit, quod alii ſummæ doctrinæ viri & hujus ætatis facilè Principes Poëtæ lepores omnes & gratias in eodem carmine transferendo feliciſſimè jam impendiſſent. His ſtudiis in ſeneſcentem, partaque præſtantis eruditionis opinione latè celebrem, Gregorius XIII. eorum commendatione, qui à Regio nomine deſciverant, Aquenſi Archiepiſcopatu donavit. Sed magnanimo Rege rerum potito, impetratam his authoribus à Pontifice dignitatem diu ſervare ac tueri non potuit. Fato functus eſt Semuri Burgundiorum, quo in Oppido non ignobile Sacerdotium poſſidebat, A. ſalutis 1597. circiter ætatis A. 60. *Hæc Sammarthanus.* Genebrardi Operum Catalogus extat in Libro, cui titulus eſt *La S. Liturgie;* quibus adde Epiſtolam ad Benedictum Ariam de puritate fontis Hebræi, Lut. 7. Kal. Decem. 1574. à doctiſſimo Viro

ro *D. Ant. Hulsio*, Ling. Sanctæ Bredæ apud Batavos hodiè Professore, vulgatam, ex Autographo à viro Hebraicæ veritatis solertissimo Indagatore *D. Andr. Colvio* sibi communicato.

Von denen Elogiis variisq; variorum Judiciis wollen wir nur ein und anders bemercken. *Joh. Quinquarboreus* nennet ihn gegen Joh. Camusium in Instit. Hebr. Doctissimū gravissimumq; Theologum, & in literis Hebraicis Collegam charissimum. *Joh. Seldenus* de Jure nat. & gent. p. 127. literis Ebraicis & Rabbinicis certè apprimè eruditum.

Steph. Claverius ad Claud. 1602. p. 8. Misc. *Insignem Hebraicæ linguæ Antistitem.*

Jac. Prevostæus Orat. 5. de vet. & nostrorum temporum Comparatione Par. 1570. *Inter Hebr. linguæ Professores Parisienses, possum nominare Genebrardum, quem qui prælegentem ac concionantem audiverunt, præter eximiam Heb. linguæ cognitionem, singularem ejus doctrinam admirantur.*

Petrus Faber Saniorianus, Tholosanus Præses, in Dodecam. p. 127. edit. 1592. *De loco Psalmi 109. v. 19. consului nuperos G. Genebrardi, clarissimi Theologi Hebræarumq; Literarum Professoris sine controversia doctissimi, ad Davidem Commentarios, quos mecum attuleram.*

Lud. Dorleans in novis Cogitationibus ad Tacitum p. 388. de cujus pietate & doctrina tàm in Græcis & Hebræis quàm Latinis literis tota gloriatur Gallia. Idem p. 510. Vir seculorum memoria dignus, & quo Gallia se jactavit alumno.

Sebast.

Sebaſt. Verronius in Chronico p. 472. In rebus divinis tradendis claruit A. 1580. Genebrardus linguarum S. peritiſſimus Theologus graviſſimus.

Bened. Arias in Commentariolo de varia Librorum Hebraicorum ſcriptione & lectione, ejusdem Bibliis præfixo; *De punctorum Antiquitate, doctum maturumq; judicium Autoris commendant, quæ à G. Genebrardo, pio, prudente atque eruditiſſimo Viro, variis in locis indicata ſunt magis quam ex profeſſo pertractata.* De eodem *Valadier.* p. 202. de l'Auguſte Baſilique de S. Arnoue, *Pantaleon Thevenin* ſur du Bartas p. 57. *Joh. Dadreus*, in Approbatione Pſalm. Gallic. *Phil. à Portis*, *Scheckius* in Apologia contra eum; *Fr. Scorſus* in Proleg. ad Theophanis Homilias, *Bellarminus* Lib. I. de verbo Dei c. 20. & Lib. 2. de Chriſto c. 5. in fine. *Petavius* in Epiphanium p. 223. *Caſaubonus* in Baronium p. 514. edit. Gen. *Danæus* p. 1309. Operum, *Brovverus* ad Venantium Fortunatum p. 22. edit. Moguntinenſis 1603. *Naude* dans ſon Addition &c. p. 241. & alii. Ich ſetze hinzu *Poſſevinum* l. c. ſub nom. Genebrard. *Imbonatum* in Bibliotheca Latino-Ebr. p. 54. ſeq. *Bartoloccium* Bibl. Rabbin. P. I. p. 20. 37. 128. P. VI. p. 26. 737. ſeq. P. IV. p. 101. 193.

Alter Hieronymus hic Doctor extitit, litterarum Hebraicarum Regius fuit Profeſſor, Prior Sancti Dionyſii in carcere: tandem Aquenſis Archiepiſcopus: hæreticorum hoſtis acerrimus, tractatuumque inſignium plurimorum parens fœ-

fœcundiſſimus: quorum ſeriem accuratam *Poſſevinus* tenuit, qui librorum ejus Myriades, certas in claſſes diſtribuit. In prima ſunt Didactici, in ſecunda Mixti, in tertia Hebraico-Latini: Geſnerus hos brevem contrahit in indicem. At *Miræus*, quod mirum eſt, qui in ſua Bibliotheca ſeu auctario de Scriptoribus Eccleſtaſticis, quo Germanos, & Flandros, Belgasque ſuos aliasque recenſet, neſcio quo motu mentis ductus, *Genebrardum* nullo loco repoſuit, ſed quaſi ignotum præteriit, quo factô ſibimet inuſſit non minimam labem invidiæ, vel ſaltem cæcæ imprudentiæ, ne dicam turpis erga hominem tot titulis de Eccleſia benè meritum, ingratitudinis aut latentis in Gallicum nomen malevolentiæ. Fuit enim Genebrardus, omnium ſui ſæculi eruditorum & poſterorum judicio, Sol lucidiſſimus, cui immortuo hoc elogium optimo jure fuit adſcriptum,

Abſtulit una dies ævi decus, ictaq; luctu
Conticuit ſacræ triſtis facundia linguæ.

Plenam qui de eo volet commendationem, legat ejus encomium à doctiſſimo prudentiſſimoq; encomiaſte virorum Galliæ illuſtrium, Patre *Hilarione de Coſta*, Ordinis Minimorum Profeſſore eleganter deſcriptum & expoſitum; ſed omnium laudatorum inſtar unus hic eſſe poteſt Beatus Franciſcus *de Sales*, ſanctæ memoriæ Epiſcopus Gebennenſis, qui libri de amore Dei c. 11. Genebrardi honorificentiſſimè meminit, ejusque præconium æternis litteris depinxit; ſed nunquam ſatis dicitur, ubi materia opus ipſum longè ſuperat,

rat,

rat, & patens meritum omnis laudationis decus excedit. Obiit vir verè magnus ſuperatâ immortali ſua virtute omni invidiâ Semuri in Aruernis, quem Prioratum diu religioſiſſimè adminiſtraverat, ibique depoſitus, ubi inſcriptio monumenti ejus in dextera parte chori Eccleſiæ Beatæ Mariæ, ſic hahet ; *Gilbertus Genebrardus, Archiepiſcopus Aquenſis, Prior hujus cœnobii, obiit anno 1597. 14. Martii.*

Urna capit cineres, nomen non orbe tenetur. *Sauſſay* in Continuat. Bellarm. de Script. Eccleſ. p. 59.

Genebrard *étoit ſans doute plus ſçavant dans la langue* Hebraique *& dans la Critique de l'Ecriture, que* Bellarmin. *Il n'a pourtant pas dans ſes Commentaires ſur les Pſeaums, toute l'exactitude qui ſeroit à deſirer. Sa methode, qui eſt la même que celle de* Bellarmin, *eſt loüable, parce qu'il juſtifie en beaucoup d'endroits la Verſion des Septante, & la Vulgate contre les nouveaux* Hebrâiſans, *qui deferent trop à l'autoritaté des* Rabbins. *Mais il ne garde pas toûjours la moderation neceſſaire à un Interprete qui ne doit point prendre parti. De plus, les fautes qui ſe trouvent dans la plus-part de ſes ouvrages, montrent évidemment qu'il n'étoit pas ſi ſçavant dans la langue* Hebrâique, *qu'on le croit ordinairement. Le* P. Rich. Simon *dans Hiſt. Critiq. du V. T. l. 3. c. 12.*

Le Pére Simon *l'accuſe de s'être emporté ſans raiſon contre* Munſter, *& contre* Leon *de* Juda. *Et en effet jamais hōme ne fut plus éloigné de la douceur d'un*

d'un disciple de Jesus Christ, *que* Genebrard *l'étoit; Car ses Ecrits sont remplis de médisances, & de calomnies contre ses adversaires, & il employe plus d'injures que de raisons à les combatre. Il n'eut pas des sentimens plus justes pour son* Prince, *que pour les ennemis de l'Eglise* Romaine: *Car pendant la ligue, il soutient le parti des rebelles, avec une châleur extraordinaire & une extréme vehemence: C'est pour cela qu'il fut declaré criminel de lése-Majesté, par l'Arrêt qui est rapporté dans le prémier Tome des preuves de l'Eglise* Gallicane. Ant. Teissier *dans Elog. des Hom. Sçav.*

Plurimum in eadem palæstrâ laboris sumsit *Gilbertus Genebrardus*; plurimorum siquidem *Rabbinorum* libros vulgò ignorabiles *Romanâ* oratione non infeliciter exposuit: nam nisi *Latini* sermonis indoli eum pertinaciâ serviisset, nec propterea *Ebraicæ* orationis sectiones neglexisset, nativamque illius brevitatem extendisset, ejus *Interpretationibus* poteramus acquiescere. *Huetius* de Clar. Interpret. p. 234. seq.

Omnibus præfero *Genebrardum* Parisiensem, qui ita brevis est, ut explicet clarè, ita clarus, ut omittat non necessaria, tamen, dum nimis aliquando inhæret vestigiis Rabbinorum, fit, ut declinet à recta via. *Rob. Turnerus* in Orat. p. 234.

Bey andern hingegen hat er gar ein schlechtes Lob. *Montacutius* in Præf. ad apparat. sect. 56. schreibt: Gilbertus Genebrardus, eruditum sed petulantissimæ procacitatis animal. Qui Syntagma nobis quoddam Chronorapsodicum male con-

consutum effudit temerè & festinato, de cloacis *Rabbinorum* & simicetis in rebus utriusque Testamenti haustum & effutitum potius, quam de Myrotheciis Ecclesiasticis derivatum, ut montes multo conatu parturientes, murem tandem ridiculum pepererunt.

Rivetus in *Isagoge* ad S. Script. cap. 8. Sect. 15. petulantissimum bonorum omnium insectatorem, & veritatis hostem acerrimum appellat.

Quod *Genebrardus* Monachus de *Rabbinorum* lectione magis tentavit, quàm absolvit, id nihil aliud est, quam cento ex alienis pannis consutus. Longè instructionem magistrum postulat illud opus, quam *Genebrardum*; qui obtrectando plus famæ apud sui similes, quam docendo apud studiosos peperit sibi. *Scalig.* Epist. 243. Joh. *Buxtorfio* Kal. Jun. 1606.

Vir acris ingenii sed mordacis, nimium deditus partium studio, judice *Bosio* in Collegio Msc.

Ut magnifacimus raram Ebraicæ literaturæ in *Genebrardo* peritiam, ita mitamur crasses ejusd. *in Comment. ad Psalm. Dav.* (de quib. verè usurpes illud Poëtæ:

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala quædã.)

in Grammaticis hallucinationes; è quarum segete duas tantum hac vice in apricum proferemus. Ad v. 1. Psalm. 119. annotat: תמימים *sunt propriè integri, sinceri, perfecti, simplici corde & candido, quando Tau est radicale. Quando autem & servile, significat immaculatos.* Hic ת in תמימים cum significat immaculatum, statuit esse servile, derivat-

vatque תמים à עום. Verum ostendat nobis *Genebrardus* similem formam Heëmanticam ex quiescentibus Ain vav derivatam. Deinde licet detur aliqua, unde probabit, ת Heemanticum habere vim στερητικὴν; ut adeo vox ea potius significet *maculatum*, quam *immaculatum*. Similiter ineptit, quando ad v. 6. Ps. 18. annotat: חבלי inquiens, *sunt* maximè *cum sægol*, *etiam funes*, *vincula*. Vel pueri Grammaticorum animadvertant hoc frigus argutiæ. Si n. חבלי habet sægol, est à singulari חבל quod significat dolorem, sin verò habet patach, est à singulari חבל quod significat funem, docent Grammaticorum libelli. vide *Schindl. in Lex. col. 515. Drus. in Præter p. 156.* Paul. *Slevogti* disp. Philol. th. 8.

Doctus sanè sed præfervidi & acris ingenii Vir. *Jac. Duport.* præfat. ad Metaph. Psalm.

Gilbertus Genebrardus, præcipitis vir in *Tremellium* judicii, vicissim hoc sibi habet à *Drusio*: Neque moror Catholicum *Genebrardum*, qui Quæstiones meas olim legit, & ex iis multa compilavit tacitô nomine meô, quod est hominis minimè ingenui, sed is audit vulgò *plagarius*, ap. *Thomas.* de *Plag.* §. 440.

Annumero etiam Chronologis maximis *Chronologiam Gilberti Genebrardi*, Galli, etiam Anno 1589. sed ita editam, ut historiæ & historici leges in pluribus violet, atque adeò impotentiam affectuum effrænem istius viri demonstret. *Keckermann.* de natur. & propriet. Histor. in Auctar. cap. 4.

Genebrardi Chronographia in multis locis expurgatur in *Indice Madrit.* Quia in fine ejusdem Chronographiæ habentur nonnulla opuſcula *Judaica*, quæ *Genebrardus Latinitati* donavit, & ferè ad nullum uſum *fidelium*, videntur quoque expungenda. an. 1667. (Edit. in fol.)

Romanæ ſedi, ſi quisquam alius, addictiſſimus, G. Calixt. *appar. Theol.* p. 130. *Frid. Ulr. Calixt.* de Jubilæis p. 3. Buno *in idea hiſtor. univerſ.*

Wenn *Imbonatus* l. c. p. 57. obgedachte Cenſur des Scaligeri angeführet / und gar wol bedacht/ daß ſelbige durch die Indices expurgatorios gleichſam beſtättiget worden / ſo weiß er nicht/ wie er ſich deßwegen winden ſoll / und damit er nicht gar ſchweige / ſchreibt er pro autoritate: Noſtrum hic eſſet, laborioſiſſimum hoc Opus à Scaligeri calumniis vindicare — At hoc unum volo ut ſciat Scaliger, opus hoc à ſe ipſo laudari, à ſe ipſo defendi, fuit fortaſſe opus unius diei, cum in ipſo quatuor decennia conſumpſerit? opus à piis, prudentibus, atque eruditiſſimis viris non ſatis laudatum: hinc *omninò ſufficit*, inquit meus Theodidactus Bernardus ſer. 24. in Cant. *adverſus os loquentium iniqua, opinio bonorum cum teſtimonio conſcientiæ.* Utique longè inſtructiorem Magiſtrum poſtulat *Liber de emendatione temporum* in Romano Indice prohibitus, quam Scaligerum, qui feſtucam in alienis oculis videns, trabem in ſuis ignorat.

Dem ohngeacht urtheilte *Scaliger* von jenes Chro-

Chronologie nach der Wahrheit / n' eſt que l' augmentation de la Chronologie de Pontac. Scalig. II. p. 93. *Baluzius* in vitis Paparum Avenionens. ſchilt dieſen ſeinen Glaubens-Genoſſen einen Mañ / der ſich als iniquiorem & acerbiorem conſiliiq; parum ſani aufgeführt. vid. *Tenzelii* monatl. Unterred. A. 1695. p. 413. Genebrardi commentum non moramur ſchreibt D. *Major* in diſſert. ſelect. p. 557. & enim ille, ut in corrumpenda omni hiſtoria audax eſt, ſic quoque impudentia ſua, judicio *Riverti* Iſag. c. 7. p. 24. obtinuit, ut ne apud ſuos quidem fides ipſi habeatur. Confutavimus hominem in diſſert. Anti-Huetiana.

Herr *Poëtius* in Biblioth. Portatil. p. 80. zehlet auch den ſeel. D. JOH. GERHARDUM mit ſeinen annotationibus poſthumis in Pſalmos unter die Commentatores, weil aber dieſelbe nur über die erſten fünff Pſalm gehen / als wollen wir das Andencken dieſes unvergleichlichen Theologi biß auf das hohe Lied Salomonis verſparen.

BENEDICTUS à S. GERMANO monachus Caſſinenſis, & poſtea ejusdem Congregationis Abbas, Latinam, Græcam, & Hebraicam linguas callens, qui vivebat anno 1570. ſcripſit in Pſalterium Hebraicum commentaria. In Epiſtolas Pauli commentaria. In Pſalmos expoſitionem, & Tract. de uſuris. Proverbia Animalium, opus eruditum. Tractatum de imitatione Ciceronis. Apologiam contra calumniantes opera ſua. In Libros Perhiermias, Priorum, Poſteriorum, & de Anima Ariſtotelis. Diſputationes in Libros

Prædicamentorum. *Anton. Possevinus* Tom. I. Appar. S. p. 208. seq.

GERMANUM, Episcopum Constantinopolitanum gehen wir diß mal vorbey / weil er nach *Possevini* Bericht l. c. Tom. I. p. 637. nur über etliche Psalmen geschrieben / incerto interprete, qui extabant apud *Wolff. Lazium*, Medicum Viennensem, wie seine Worte lauten / ingleichen JOH. GERSON, den Joh. Bochius l. c. p. 809. allegiret / der doch nur über die VII. Buß-Psalmen/ja dieses auch nicht einmal/nach dem Zeugnüß Possevini l. c. p. 881. geschrieben.

GERVASIUS (Cisterciensis wie Justinianus l. c. p. 403. meldet) vir sacerdos in Angliâ, scripsit in Psalmos Davidis, & in Malachiam Commentaria. Homilias quoque non paucas, & librum de instructione Sacerdotalis ordinis. Vivebat an. 1160. *Possevinus* l. c. p. 638.

Bekannter ist D. Salom. Gesneri Arbeit über die Psalmen h. t. Commentationes in Psalmos Davidis, in Academia Wittebergensi Publice prælectæ, *à Salomone Gesnero*, quondam S. Theologiæ D. & Professore ibidem primario. Textui, qui è fontibus ad verbum translatus est, præmissæ sunt periochæ, appositæ genuinæ interpretationes, & tandem adjecti loci doctrinarum. Insertæ hinc inde controversiarum aliquot pertractationes, nec non Conciones seu homiliæ in Psalmos quosdam Germanicæ. Sub finem harum commentationum adjectus est libellus ejusdem Autoris, quem ipse sub titulo: *Meditationis Generalis*

neralis Psalterii antea ſeorſim edidit. Editio ſecunda correctior. Witebergæ 1609. in fol. welche nach der Zeit ſehr öffters wieder aufgeleget worden.

Die Theologiſche Facultät zu Wittenberg hat dieſe Cenſur mit beygefüget: Non poſſumus non probare, Reverendi & Clariſſimi viri, Dn. D. *Salomonis Geſneri*, collegæ noſtri chariſſimi quondam τοῦ νῦν ἐν ἁγίοις, ſtudium & voluntatem piiſſimam, qui quà fidelitate Pſalterium ſuperioribus annis proximis, in ſcholis noſtris Theologicis pro lectione publica explicandum ſuſcepit, paucorum, nempè auditorum ſuorum uſui commodaturus: eâdem Chriſtianæ reipubl. commodis publicis ſerviturus, non multis ante beatiſſimum obitum menſibus in animum induxit commentarios hoſce ſuos in pſalterium publici etiam juris facere. Agnovit ille quidem, quod & nos haud illibenter fatemur, plurimos in hac ſpartâ ornanda, tum priſcos, tum recentes ſcriptores, Eccleſiæ utiliſſimam operam navaſſe. Neque ſanè clavam de manu Herculis auferre, aut, quod aliter dici ſolet, cornicum oculos configere, animus fuit Collegæ noſtro optimo. Minime omnium hoc ipſi fuit propoſitum, aliorum commentationes & lucubrationes è diſcentium manibus excutere. Verum hoc ille ſenſit, in quo nos omnino ſibi ὁμοψήφους habet, ſcholaſticæ interpretationis ſuam quandam eſſe ut rationem, ita vim etiam atque ἐνέργειαν certam ac peculiarem, cujus fructu defraudare alios æquitati minime ſit

 con-

consentaneum. Jam si juventus ipsa pietatis studiosa, Davidici Psalterii κειμήλιον animis ac mentibus suis infixum ex Academia secum auferat: hac vel sola opera, magnum ad rem Christianam publicam momentum afferri posse judicamus. Latere denique illud hoc loco patimur, quod ea nunc sunt tempora, quibus Davidici Psalterii usus magis, quam fuit unquam necessarius esse futurus videtur. Quæ cum ita sint, pietatis, & Davidicæ devotionis studiosos omnes monemus, hortamurque sedulo, ne in paranda pia eruditione parum adjumenti sibi esse positum in hac collegæ nostri Cygnæa cantione existiment: sed hoc persuasum certò habeant, tantum ex hujus Commentarii lectione fructus atque emolumenti ipsos esse percepturos, quantum ad hanc operam studii ipsi afferent. Afferent autem non minus, quam quantum ad elucubrationem ejusdem laboriosæ industriæ autor attulit.

Uber die massen erbaulich ist die zu letzt befindliche Meditatio Psalterii generalis, damit man sich nun eine Ideam davon machen möge / so wil den Innhalt eines jeden Capitels specificiren: Cap. I. contemtus Psalterii deploratur. Cap. II. causæ adducuntur, quæ psalterium omnibus commendant. Cap. III. De veteris Ecclesiæ laudabili consuetudine canendi psalmos. Cap. IV. explicatur, quo pacto nostra indigentia ad psalmorum meditationem nos adigat. Cap. V. sequentis meditationis propositio & scopus ostenditur.

ditur. Cap. VI. De prima propria Psalterii dignitate & præstantia quam præ omnibus libris biblicis obtinet. C. VII. De altera Psalterii propria dignitate. Cap. VIII. hæc ipsa Psalterii proprietas illustribus aliquot exemplis & historiis comprobatur. Cap. IX. tertia Psalmorum dignitas explicatur. Cap. X. De Autore Psalmorum. Cap. XI. causæ exponuntur, propter quas in quotidianis precibus, psalmis potius, quàm aliis precandi formulis uti debeamus. Cap. XII. psalmorum genera secundum diversas nostras affectiones & rerum vicissitudines distinguuntur, variisque casibus accommodantur. Cap. XIII. De Psalterii dispositione ab aliis tradita. Cap. XIV. Methodica dispositio totius Psalterii. Cap. XV. De Argumento & connexione psalmorum XX. qui primo deinceps continentur. Cap. XVI. argumenta & connexio psalmorum, qui à vigesimo primo usque ad trigesimum nonum deinceps numerantur, expedita. Cap. XVII. commemorat argumenta & cohærentiam psalmorum à quadragesimo, usque ad sexagesimum. Cap. XVIII. Ostendit, quod beati & justi reperiantur in Ecclesia. Cap. XIX. De Regno tenebrarum diaboli, quod oppositum est Regno lucis & Christi. Cap. XX. De ordinibus in Ecclesia militante diversis. Cap. XXI. De præparatione ad felicem ab hoc exilio ad cælestem patriam transitum. Cap. XXII. agitur de duobus Ecclesiæ temporibus, uno ante Christi incarnatio-

nem, altero post ejus in carne visibiliter exhibitam præsentiam. Cap. XXIII. de organo & Instrumento, quo colligitur & regitur Ecclesia. Cap. XXIV. De cruce & calamitate Ecclesiæ postremis mundi temporibus, quam psalmi novem à centesimo vicesimo describunt. Cap. XXV. De methodica connexione Psalmorum à trigesimo usque ad quadragesimum tertium ultra centuriam. Cap. XXVI. De ultima Psalmorum classe. Cap. XXVII. De Poëtico psalmorum artificio & psallendi ratione &c.

Sein Lob und Leben finden wir in *Freheri* Theatro pag. 332. seq. *Melch. Adami* in Vit. Theol. p. 352. (edit. noviss. in fol.) D. *Leonh. Hutteri* Orat. parentali veritatis Evangelicæ defensoris acerrimi, wie er gleich auf den Titul-Blat genennet wird (edit. Witteb. 1605. in 4t) und in præfat: locuples illud tùm avitæ tùm recentioris eruditionis Theologicæ penu sivæ promtuarium. So hat auch D. *Neumann* zu Wittenberg A. 1704. in dem Programate bey dem Doctorat *Joh. Possecks* das Leben D. Gesneri beschrieben / und allen Candidatis S. Theologiæ zum Exempel der Nachfolge vorgestellet.

In den zu Wittenberg Anno 1613. publicirten Bericht von dem Christl. Abschid D. Lutheri ist auch p. 128. seq. seine durch D. *Georg. Mylium* gehaltene Leich-Predigt aus Rom. XIV. 7. 8. 9. zufindē. Er kam auf diese Welt 1559. d. 8. Nov. zu Buntzlau in Schlesien. Sein Herr Vater / Paulus Geßner war ein Prediger / von D. Pomer zu Wittenberg Anno 1550. ordinirt / an der Böhmisch und

Mähri-

Mährischen Gräntze: In der Jugend hat er das Brod / so in damaliger Theurung meistens aus Haber und Eicheln gebacken worden / vor den Thüren gesucht / auch sich zu allerhand Hauß- und Hand-Arbeiten vermietet / dennoch kaum des Hungers erwehren können. Das thuts / das sind die rechten / pflegt D. Luther manchsmal zu sagen / was in geflickten Kleidern und Schuhen gehet / und die liebe Partecken sammlet / das werden noch wohl die besten und gelehrtesten / auch fürnehmsten Leute: Daher auch die Griechen sagten: Armuth das beste thut. Als er nach Straßburg auf die Universität gezogen / hat er alle seine Bibliothec Haab und Gut auf den Rücken dahin getragen / und ex stipe sein Leben unterhalten / biß man Ihn in das Collegium Wilhelmitanum aufgenommen. Anno 1585. ist er zum Rectorat in patriam, darauf nach Stettin zu gleicher Function von dar nach Stralsund ins Predigamt / und zur Profession, endlich aber nach Wittenberg beruffen worden. Pag. 149. wird Ihm nachgerühmet: Zwölff Jahr hat er ex professo mit dem studio Theologico zugebracht. Aber so viel mit Lesen / Predigen und Schreiben ausgerichtet / daß ers wol andern / so zweymal zwölff Jahr in diesem Stande gewesen / weit bevor gethan. Im Auditorio hat er den Studenten vorgelesen und durch gebracht das psalterium Davidis, den Propheten Daniel / Joel / Amos / Obadiam / Malachiam / die erste 12. Capitel Esaiä neben den gewöhnlichen Sonntags Evangelien und jährlichen Passion-

Predigten hat er in Predigten erkläret / das Buch Josuä / Ruth / die 2. Bücher Samuelis. Mit disputiren hat er durchgebracht Genesin, Formulam Concordiæ, und 2. Theil des Examinis Tridentini Concilii. Seine Lehr ist richtig/ lauter/ rein / gründlich / eyferig / beständig / und mit einem Wort zu melden / recht und gut Lutherisch gewesen. Er starb den 7. Februarii an. 1605. von steten Blut auswerffen ætat. 46. sein Epitaphium in der Schloß-Kirche lautet also: Pietati & Memoriæ Rev. & Cl. Viri SALOMONIS GESNERI Boleslavia Sisesii S. S. Theologiæ D. & Professoris, in Schola quidem Annos 12. legendo & disputando, in Templo hoc 10. concionando, utrinque fide & industria opt. mer. qui Ingenio, Doctrina, Judicio, eloquentia, Zelo Religionis, & vitæ integritate par summis ævi sui Theologis, Monumentis de Doctrina Christiana editis, nominis sui famam, pietate domum æternam sibi vivus curavit. Hæredes hoc quod est è Saxo P. C. defuncto 7. Id. Febr. Ætatis suæ 46. Christi 1605. vid. D. *Joh. Meisneri* descriptionem Eccles. Colleg. p. 170. *Joach. Hagmeieri* Inscript. Witteb. n. 37. *Andr. Sennerti* Athen. p. 203.

Von diesem seel. Manne habe gleiche Gedancken mit meinen liebwerthen Freunde *Thom. Crenio*, der in Analectis p. 136. schreibt: Hunc Theologum non facile præterire soleo, ubi ipso uti possum &c. der auch Gesneri Arbeit in Psalmos nennet optimas insignis S. Scripturæ & luculenti interpretis commentationes, in Exerc. III. de Libris Script.

Script. opt. p. 9. wiewol er in exerc. I. pag. 28. *Gesneri* explication der Formulæ concord. vor sein bestes Buch hält / das er jemals geschrieben. Item *Joh.Bapt. Hebenstreit* in hypomnem. de stud. Acad. p. 8. Librum Christianæ concordiæ diligentissimè evolves, non neglectis disputationibus pro illo à *Gesnero* accuratissimè conscriptis, nennet es auch Doctum commentarium. Weil des vorgedachten *Draconitis* conatus über die Psalmen D. *Conring* in Epist. ad Principem *Augustum* p. 74. seq. (welcher passus auch in D. *Mayeri* Historia Versionis Germ. Bibl. p. 107. zufinden) mit D. Gesneri Arbeit verbindet / daß sie beyde von D. Luthers version öffters abgewichen / wollen wir deswegen seine eigene Worte vernehmen: Fuit vivo pariter & defuncto Luthero peraddictus *Johannes Draconites*, & tamen ille voluit in Pentaplis suis plane aliam dare versionem Germanicam, & Ebræo textui magis convenientem. Specimina, Wittebergæ & Lipsiæ edita, sunt in medio, nec patiuntur quemquam dubitare. Quin imò in tanti operis publicationem Ipsemet Elector *Augustus* promiserat jam sumptus, ut sola *Draconitis* mors, grandes illos conatus abripuerit. Quam porrò eam vivo etiamnum Luthero, tum statim ab excessu illius doctissimi quique Lutheri familiarium intrepidè in quam multis, ab hac versione discesserint, vel unus *Mathesius* quemvis doceat. Lectu sanè digna sunt, quæ de *Philippo*, *Forstero*, *Zieglero*, & aliis ab illo commemorantur. Exinde ne Witteberga quidem habuit talis

doctrinæ

doctrinæ peritiorem quemquam, idem qui agere dubitaverit. Cum in doctissimo Psalmorum Commentario frequentius id fecisset *Salomon Gesnerus*, cumprimis autem prolixè Lutheri versionem rejecisset, ad psalmi centesimi decimi commentarium, tantum abest, ut culpam abs se se commissam crediderit: ut potius in hæc eruperit verba: *Neque Lutherus eam nobis necessitatem imposuit, ut non liceat interpretationem Textui viciniorem quærere, licet ille suæ versionis causas quoque habuerit gravissimas.*

D. *Calovius* in Bibl. illustr. P. I. pag. 931. zehlet Gesneri Arbeit in Psalmis unter die besten und Lobwürdigsten commentaria.

Aus des ungemein-belesenen *Eliæ Ehingeri* Bibliothec habe unter andern *Martini Crusii*, Prof. Tub. Oration de Virgine Serenissima Augusta *Pulcheria*, Imperatoris Orient. Arcadii F. Theodosi Majoris N. bekommen/ welche er hin und wieder mit seinen notulis illustriret/ wenn er nun p. 10. auf die Käyserin Eudoxiam kommt/ die den Chrysostomum biß auf den todt verfolget/ welchen er billig acerrimum vitiorum correctorem daselbsten nennet/ so setzt er mit eigener Hand hinzu: En D. *Gesneri* fatum! Die vor- und nachgehende Umstände überlasse des geneigten Lesers harmonie und selbsten beliebigen Gutachten.

Merckwürdig sind auch diese Worte/ damit er sich mit D. Huttero geletzet hat: Pridiè ante beatum ipsius ex hac vita emigrationem cum circa vesperam ipsum accederem: & inter reliqua ad ani-

animum ipsi revocarem illud Filii DEI ex Apocalypsi: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ:* Ipse contra: *Rectè mi Domine Collega: & hanc coronam modò capitibus suis impositam gestant Collegæ quondam nostri, D. HUNNIUS & D. RUNGIUS: Quos ego brevi salutabo; Si quid tuo nomine ipsis nunciatum velis, mihi commendes: habebis certum tabellarium. Certus enim sum, me haud diu amplius fore superstitem: proinde tuis verbis salutabo Collegas, & tum Ecclesiæ tum Academiæ nostræ statum ipsis enarrabo: DEO etiam tuos & aliorum fidelium Doctorum labores diligenter commendabo &c.* Ich entsinne mich / daß Michael Schilberg Anno 1706. zu Rostock unter dem Præsidio des Archi-Theologi D. *Fechts* über die Frage ein curieuse Disputation gehalten: Ob man denen Sterbenden einen Gruß an gute Freunde im ewigen Leben könne mit geben? welche man bey diesen punct consuliren kan.

Lipenius in Bibl. Theol. P. II. p. 584. citiret VINC. GILIBERTI Comment. in Psalmos III. Vol. Neap. 1639. welche aber biß dato nicht erfragen können.

Carolus de Visch in Biblioth. Scriptor. ordinis Cisterc. p. 126. seq. gibt uns von GILBERTO de HOYLANDIA diese Nachricht: In Anglia natus, & ibidem in virtutis & bonarum literarum studiis ab ætate tenera educatus, ita ut pietas, boni mores, & eruditio, in eo simul cum ætate coalescerent. Successu temporis, sub mellifluo Patre *Bernardo*, (ut scribit Pitsæus) factus Cisterciensis

ordinis

ordinis monachus, sanctissimum Abbatem tanto cum fervore imitatus est, ut simillimus ei evaserit pene in omnibus. Quorum intuitu, electus fuit Abbas cœnobii Swinshetensis in Hoylandia, insula diœcesis Lincolniensis; ubi suos verbo, exemplo, & scripto studiose pavit, & ad perfectionem promovit. Erat autem Theologus summus, & (referente *Trithemio*) in divinis scripturis studiosus, & egregie doctus, cœlestiumque rerum contemplationi impense deditus. Passionum suarum motus tanta animi moderatione repressit, ut non tam pravas inclinationes restringere, quam nullas prorsus habere videretur. Natura mitis affabilis, sermone comptus, ingenio subtilis, eloquio clarus & facilis, in omni actione dulcis & humilis, adeo ut Sanctus Pater Bernardus jam mortuus, in hujus doctrina, & moribus, quodammodo videretur vivere. Unde (teste *Sixto Senensi*) *Cantici Canticorum capita*, 48. *sermones elegantissimos*; inde incipiens, ubi divus *Bernardus* scribendi simul & vivendi finem fecit, hoc est, ab eo loco 3. capitis, *in lectulo meo quæsivi* &c. usque ad illum locum 5. capitis, *Dilectus meus candidus &c.* Quo cum pervenisset, & ipse in vivis esse desiit. Solet hoc opus una cum operibus divi Bernardi, nomine tantum Authoris opposito, conjungi: quod etiam ipsius Sancti stylum & spiritum ita sapit, ut si sine nomine opus reliquisset, ipsum sibi quodammodo Bernardi nomen imposuisset, omnesque Bernardum autorem judicassent, ut scribit quidem *Pitsæus*, & ex

eo

eo *Henriquez.* At *Henricus Gandavensis*, libro de scriptoribus, agens de sermonibus his Gilberti, subtiles quidem & valde spirituales fatetur, sed revera sancti *Bernardi* eloquentiæ & sensibus impares.

Scripsit autem Gilbertus & alia plura, quæ hoc ordine, ex *Bostono Buriensi* recenset *Pitsæus*, & ex hoc *Henriquez* in Phœnice, & *Manriquez* tomo 2. Annalium, an 1166. cap. 4.

In Cantica Canticorum, sermones 48. Inc. *Varii sunt amantium affectus &c.*

In Psalterium, librum unum.

In Matthæum, lib. 1.

Super epistolas sancti Pauli, libros quatuordecim. Extant hi M. S. in Camberona.

In Apocalypsin sancti Joannis, lib. 1.

Theologicarum sententiarum, lib. 1.

De statu animæ, lib. 1.

De vita sancti Bernardi, lib. 1.

Homiliarum diversarum, lib. 1.

Epistolarum, librum unum. M. S. Oxoniæ in Bibliotheca publica.

De casu diaboli, librum unum. Et *quædam* alia. Hæc autores citati. Præter quæ extant etiam in Camberona, ejusdem Gilberti.

Scriptum super Lamentationes Hieremiæ Prophetæ. Edita etiam nuper (anno 1641.) Coloniæ sunt, industriâ Jacobi Merloni, S. Theol. Licentiati ex Bibliothecâ Oxoniensi eruta, sequentia hujus Gilberti opuscula,

Epistolæ

Epistolæ 31. ad Fratrem Richardum: 2. ad Adam: 3. ad Guilielmum.

Dissertationes ascetica 6. quarum 4. priores sunt de meditatione & contemplatione rerum cœlestium, ac divinarum. 5. de illo loco Apostoli: omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. 5. de mysteriis redemptionis humana. Denique

Sermo de semine Verbi Dei.

Reperiuntur hæc omnia ad calcem operum S. Bernardi, ab ipso *Merlono* recognitorum, & Coloniæ editorum anno citato.

Claruit Gilbertus anno 1160. & posteà. *Joannes Banderius*, in indice, scribit se reperisse Camberonæ & Villarii, *Scriptum* hujus Authoris in *Canonem*, sed credo legendum, in *Cantica*. Ceterum, *Demsterus* asserit hunc fuisse natione Scotum, & monachum Melrosensem, ac postea Abbatem Hoylandiæ, sive Holylande, id est, Insulæ sacræ, quod est Cœnobium ditionis Scoticæ, in diœcesi S. Andreæ, in quo nunquam fuerint alii Abbates, nisi Scoti. Fides penes illum sit.

GILBERTUS, *cognomento Magnus*, vel, *Theologus*, ex Ursi campi Abbate, anno 1163. electus Abbas Archicœnobii Cisterciensis, vir (ut loquitur *Pitsæus* de scriptoribus Angliæ, ætate 13. ad annum 1280.) acuti ingenii, solidi judicii, tenacis memoriæ. Quibus fretus adminiculis, ad eminentem planè pervenit eruditionem. Poëta non contemnendus, rhetor eloquio clarus, stylo nitidus, sermone gravis, philosophus etiam sub-

ſubtilis & ſublimis; hiſtoricus inſignis, in concionibus celebris, in quibus Sanctorum, Gregorii Magni & Bernardi, fuit diligens imitator. Theologus denique profundus & ſolidus. Poſtquam Anglicas Academias frequentaſſet, Gallicas etiam inviſit, maximè Pariſienſem & Tholoſanam, bibliothecas celebriores, ubique perluſtravit, ſelectiores omnium ſcientiarum libros evolvit, notatu digniora diligenter undequaque tanquam flores decerpſit, in ordinem redegit, & ex iis plurima ad poſteritatis utilitatem edidit. Nimirum, ut referunt *Pitſæus*, *Henriquez & Manriquez*, Tom. 2. Annal. ad annum 1166. cap. 5.

Commentarios in diverſos ſacræ ſcripturæ textus, libros plures.

In pſalterium, librum unum. Chriſtus eſt integer caput cum membris, &c. Hoc opus refert etiam Draudius, in bibliotheca univerſali.

Diſtinctiones theologicas lib. 1. Duplex eſt abſentia deteſtabilis, &c.

Doctorum collectanea, lib. 1.

Concionum, lib. unum. Rom. 15. Quæcunque ſcripta ſunt &c. Concionibus his indices addidit *Alanus de Lynna.*

Pro Chriſtianis contra Gentiles, verſu elegiaco, lib. unum.

Quid ſit Monachus? lib. unum.

Conciones in oraculum Cyrilli, Carmelitæ Græci, lib. 1. Cum ad monaſterium Cluniacenſe.

Epiſtolarum ad diverſos, lib. 1.

Historiam quandam, *Scropum imitatus lib.* 1. Hæc Authores citati.

Guillielmus Eisengrenius lib. de scriptoribus orthodoxis, de hoc Gilberto agens, asserit illum scripsisse *Sermones pene sine numero. Jacobus Philippus Bergomensis* quoque in suo Supplemento supplementi chronicorum lib. 12. refert hunc Gilbertum etiam scripsisse *in epistolas Pauli lib.* 13. (vereor tamen, ne hoc sit idem opus, quod supra adscripsimus Gilberto de Hoylandia) *Et in Boetium de Trinitate, lib. unum*: qui sic incipit: Libros quæstionum &c.

Obiit Gilbertus anno (secundum *Manriquez* supra) 1166. aut (secundum *Montalbum* & *Longelium* in notitiâ) 1168. Cal. Novembris, post obitum Sanctis ordinis nostri adscriptus, *à Joanne de Zirego*, Cistercii Abbate clarissimo, & missali antiquo ordinis. Hinc corrigendi *Eisengrenius* & *Pitsæus* scribentes illum floruisse anno 1280. Corrigendi etiam *Miræus* lib. 5. Orig. monast. cap. 15. & *Henriquez* in Menologio 17. Octobris; ille dum diem obitus illius notat 1. Novembris, hic vero die citato. Vide *Manriquez* supra, uti plures, detegit errores *Chrysostomi Henriquez*, circa hunc Gilbertum Magnum. *Idem Visch* ibidem p. 127. seq.

GILBERTUS PORRETANUS, gente Aquitanus, domo Pictaviensi, claruit anno 1145. Primò Scholæ Parisiensis Rector, & Canonicus Pictaviensis, deinde ab anno 1141. urbis patriæ Pictavorum Episcopus, Philosophus quidem, & Theo-

Theologus summus; consuetus verò, teste *Ottone Frisingensi*, ex ingenii subtilis magnitudine ac rationum acumine, multa præter communem hominum morem dicere. Hinc in Conventu quodam Clericorum suæ Diœceseos cùm sermoni, quem habuit, quædam de Trinitate dogmata minus sana immisceret; à duobus Archidiaconis suis, *Arnoldo*, & *Calone* tanquam contra Ecclesiæ Catholicæ doctrinam sentiens, interposita appellatione, Romam delatus est. Eugenio vero Pontifice, hoc ipso tempore in Gallias adveniente, Synodus Parisiensis fuit celebrata: in qua præside Eugenio Papa Gilbertus hæreseos accusatus, cauta atque orthodoxa dictorum suorum interpretatione censura evasit. Anno sequente in concilio Remensi eadem iterum agitata est causa. Rejecta Gilberti dogmata: ipse intactus mansit. Obiit anno 1154. Prid. Non. Septembr. Extat Epistola ad *Matthæum Abbatem S. Florentii* apud Dacherium in Appendice ad opera Guiberti pag. 564. Alia autem scripsit Gilbertus, viz. *Glossam super Psalterium*, quæ M. S. extat Oxonii in Bibliotheca Baliolensi Cod. 35. In fine libri hæc nota apponitur: *Explicit glossatura Magistri Porretani super Psalterium; quam ipse recitavit coram suo Magistro Anselmo in terrâ Emerderonis*, *Commentarium* adhuc brevem *in Epistolas D. Pauli* atque *Opus de Trinitate*, quæ in Bibliothecis Gallicis MSS. extare prodit *Oudinus* Supplem. p. 421. *Cave* l. c. p. 466. Vir in omni eruditionis genere tam græcè quam latinè doctus, ingenii acris sed vehementis & ob

inusitatam vocum novitatem obscurus eloquio. *Sixtus Senens.* l. c. p. 233. *Matth. Paris.* ad A. C. 1119. p. 64. *Rubelius* T. IV. Concil. p. 347.

DOMINICI GINNASII, Cardinalis & Ep. Ostiensis Enarrat. in Psalmos. II. Vol. Rom. 1636. in fol. habe nie gesehen. Vid. *Ghlinus* Vol. p. 44. *Crovveus* l. c. p. 114.

Janus Nicius Erythraeus in pinacotheca P. I. p. 169. nennt ihn *Dominicum Gymnasium* (dahero kommts auch das König in seiner Bibl. p. 347. 374. 2. Personen aus diesem einigen Autore macht) und giebt diese Nachricht von ihm: Est oppidum in Æmilia, Castello Bononiensi nomine, quod semper Romani insignem aliquem, vel doctrina virum, vel Reip. bene gerendæ scientiæ præditum, misit. In his ætate nostræ *Dominicum Gymnasium*, patre medico ea tempestate facile principe genitum, attulit; qui medicæ facultatis laudem una cum maximis divitiis a parente relictam neglexit, atque totum se, primum ad juris civilis rerumque divinarum scientiam, tum ad Remp. capessendam contulit, ac virtutis via ad sacræ fastigium purpuræ per omnes honorum gradus ascendit. Quo in munere fuit purpuratis omnibus exemplo, quibus potissimum in studiis, quod vacui a negociis temporis datur, æquum fit conterere eos, quorum præsidio res præsertim Christiana munitur. Nam duobus voluminibus editis, *omnes Regii vatis psalmos*, ex sanctorum Patrum sententia, interpretatus est. Vixit usque ad extremam senectutem; ac paternis in

in ædibus, quas ipse maximis sumptibus, regium plane in morem auxerat, perpetuam sacrarum Deo virginum sedem domiciliumque constituit; atque aliquam earum partem studiosis adolescentibus popularibus suis attribuit, ubi victus illis quotidianus præbeatur, quoad à magistris liberalibus disciplinis instituuntur. Verum ille antequam honorem purpuræ adipisceretur, Nuncius Apostolicus præfectus est in Hispaniam; quod ibi munus ita Clementis VIII. ex animi sententia gessit, ut honore illo dignus existimaretur. *Imbonatus* in Biblioth. Latinam Hæbr. p. 36. meldet/ das *Ferd. Ughellius* Tom. I. Ital. Sacr. vorgibt/ er sey zu Rom gebohren; *Ciaconius* hingegen hälts mit vorgedachten *Jano Nicio Erythræo* Tom IV. Vit. Pontif.

D. SALOM. GLASSIUM darf wegen dieser Censur *Thom. Crenii* P. II. animadv. p. 105. nicht vorbey gehen: ob ejusdem *Selecta Scripturæ Davidicæ* Noribergæ MDCLVIII. in 4to edita, ille ipse in numerum Interpretum Psalmorum Davidis cooptandus minimè tacendus erat, quem tamen prætermissum video ab *Heideggero* p. 441. Der Titul davon ist dieser: Selecta Scripturæ divinæ Davidicæ. Davidischer Schrifft-Kern/ oder geistreiche und heilsame Betrachtungen/ etlicher Trost- und Lehrreichen Psalmen und Sprüchen des Königlichen Propheten Davids.

In *Wittens* Mem. Theolog. p. 1299. finden wir/ Threnologiam de ortu, vitâ, studiis, scriptis, aliisque Rebus gestis & obitu beatissimo Dn.

Salomonis Glassii, Doctoris de puriori Ecclesia optimè meriti, & Superintendentis Ecclesiarum Scholarumque per Ducatum Gothanum vigilantissimi, Viri longè celebratissimi: Recitata in Scholâ Cellensi 12. Septembris Anno 1656. à *Michaele Walthero*, Doctore Theologo & Superintendente Cello-Luneburgico generalissimo. Conf. *Spizelii* templum honor. p. 217. *Zeumeri* Profess. Jenens. p. 153. seq.

Es gehet aber diese Arbeit nicht über alle Psalmen Davids / weil er nur über etliche einige Betrachtungen angestellet / e. g. über den ersten Psalm 4. Betrachtungen / über den Zweiten 8. über den Dritten 4. über den Sechsten 2. über den neundten 1. über ben Zehenden 1. über den Zwölfften 6. über den Vierzehenden 1. über den Funffzehenden 10. über den Sechszehenden 6. über den Dreyundzwantzigsten 4. über den Fünffundzwantzigsten 5. über den Neunundzwantzigsten 3. über den Zweyunddreyssigsten 7. über den Vierunddreyssigsten 3. Betrachtungen. Und weil er über der Arbeit des 34. Psalms gestorben / als hat man aus solchen den 9. Vers zum Leich-Text genommen. Uber dieses hat er unterschiedliche Psalmen auf allerley Weise erkläret / davon zeuget Christologia Davidica, in Psalmum, CX. ibid. 1638. in 4. XII. Predigten über den LXXX. Psalm des Propheten und Manns GOttes Asaphs. Jenæ 1640. in 8. Israels Trost und Freude das ist / der Psalter Davids mit den Summarien D. Sal. Glass. ibid. 1660 in 8. Disputationes quinque habuit ex Psalmo CX.

Bey vorerwehnter Arbeit müssen wir auch derjenigen Umstände nicht vergessen die Christ. Brunchorst / Altenburgischer Hofprediger in D. Glassii Leichpredigt p. 45. angemercket: Er hat kurtz vor seinem Ende eine geistliche hochnützliche Arbeit / mitten in der Kranckheit / ungeacht der grossen Schwachheit zu meditiren unter Hand genommen / nemlich seine Selecta Scripturæ Davidica, worinn er durch fleissiges Gebet (darinnen er / als alle Kräffte dahin / und die Hände ihren Dienst nicht mehr verrichten wolten gewünschet / nur den 34. Psalm noch zu elaboriren und damit zu beschlüssen) von GOtt soviel erhalten / daß er das Werck mit eigener Hand biß auf bemelten 34. Psalm kurtz vor seinem seel. Ende gebracht / und den letzten Vers also geschlossen: Der Herr erlöset die Seele seiner Knechte / und alle die auf ihn trauen / werden keine Schuld haben / oder sie werden nicht wie jene (die Gottlosen) verwüstet / zerstöret / verdammet werden. Was dann? Christus beantwortet es mit holdseeliger Stimme. Matth. XXV. 46. Sie werden eingehen in das ewige Leben. O des lieblichen Schlusses / den der seel. Mann an seiner Arbeit gemacht hat. In dieser Kranckheit saget er offt: Nun sehe ich / was mich mein Studium Theologicum geholffen / und mein Lesen der H. Schrifft / so ich Tag und Nacht getrieben / jetzo empfinde ich rechten Nutzen und Trost. Wenn er offt in dieser Kranckheit zu letzt nicht schlaffen können / hat er sich früh vernehmen lassen / er sey die gantze Nacht in guter

Conferentz mit GOtt gewesen: und habe die gantze Bibel durchgangen / und sonderlich die Psalmen durchgebetet / und soviel unruhiger Nacht und Tage in solcher Hertz-Erquickung zugebracht. Aller Welt konte er drüber vergessen / und nur nach den Himmel sich sehnen. Also sagte er / wenn ich mit der Schrifft durch bin / o wie labe ich mich / wenn ich in die süsseste Gedancken komme / wie mein durch Arbeit und Kranckheit abgematteter Leib / so ungehindert ohne Schmertzen ruhen werde im Tode / biß an den Tag der Auferstehung; welcher Ruhe und Freude meine Seele doch in der Hand Christi empfinden werde / nach meinem seel. Abschiede. O wie verlangt mich darnach!

Absolutissimus iste Theologus pariter ac Philologus M. *Fridericus Schererz* in exerc. I. de puritate & integritate Sacri Codicis p. m. 2. welches eben die Formalien sind in *D. Joh. Frid. Scharfii* Controv. Ebræo-Syr. fasc. I. puriorum Theologorum quondam splendor fulgidissimus. *Jo. Fridericus Hekelius* Disc. de Osculis p. 10. Philologorum ocellus *D. Alb. Joach. Krakevvitz* Disp. Phil. ex Ps. LXXII. 17. p. 9. Successor beati Gerhardi, si quisquam alius, solidè dignus. *Henricus Staphorst*, in Dedicatione Dissert. II. Christol. Mosaic. Glassianæ. Item *Joach. Matthiæ* in Dedic. Dissert. III. hujus Christolog. schreibt gar nachdrücklich: Stertant qui velint de pravati orbis incolæ, insignes aliquando Judici supremo pœnas daturi. Talentum illud non suæ, sed utilitati orbis universi impendit *Doctor Salomon Glassius*

Aca-

Academiæ noſtræ Prof. Publ. huc anhelans unicè, ut Tirones ad prælia Domini aſuefaciat, ſenſimque ad arduum ſapientiæ divinæ collem manuducat veteranos: Teſtantur id ſcripta toti Europæ notiſſima, quæque ipſi exoſculantur antagoniſtæ &c. Theologus & Scripturæ interpres paucis comparandus *D. Gottfr. Cundiſius* Diſp. de quæſt. an æternum prædeſtinationis decretum abſolutum ſit, nec ne? Cap. V. §. 75. judicioſiſſimus D. *Glaſſius*, judicio magni *Gerhardi*,

—Theiologæ ſidus prælustre Cathedræ,

Deliciumque Dei, deliciumque hominum, *Georg Weiſſius* de Allotrio-Epiſc. p. 1. Magnus ille poli Theo-Philologici Phœbus. *Joh. Andr. Schmid* de collapſis Hierichuntis muris pag. 10. eadem verba habet, *Georg Gœzius* exerc. de ſuſpendio Judæ §. 21. Theologus omnium ſeculorum memoria digniſſimus. *D. Joh. Ernſt. Gerhardus* in quæſt. cum abſtemiis quid agendum in S. S. Synaxi? p. m. 2.

Glaſſium virum celeberrimum DEus in cruce & luce *Gerhardo* aſſimilat, ergo & ipſum velut alterum Gerhardum luce cœleſtis doctrinæ affatim illuminavit, & poſt nubila Phœbum ipſi exoriri ſinet, ſanctisque laboribus ejus largiter benedicat. *Feuerbron* in oratione ſupra obitum Gerhardi p. 62. Hebræâ literaturâ haud paulo clarior, quam Calovius, D. *Frid. Ulric. Calixtus*, in Diſcuſſione nebularum p. 40. Feliciſſimus pariter ac accuratiſſimus vocum S. inveſtigator. M. Jacob Röſer in exercitatione de Manifeſta-

tione nominis Jehovah § 17. Philologiæ Sacræ inter Germanos gloria eminens, *Joh. Mich. Dilherr* Tomo novo Disputationum p. 234. Philologiæ Sacræ propagator felicissimus. Ibidem in Disput. Tomo primo p. 489. admiranda est *D. Sal. Glassii*, Philologi & S. Bibliorum incomparabilis sua ætate scrutatoris ἀγχίνοια. *D. Fecht* in exeg. expos. Epist. Judæ p. 31. Vir Sacri styli peritissimus *Adam Rechenberg* de stylo Pauli Epistolico §. 19. Vir nivei candoris *D. Henric. Wideburg* Exercitat. 1. quibus non-renatos quoque & impios Scripturam Sacram legentes verum ejusdem sensum assequi posse ostenditur. §. 7. Vigilantissimus Theologus πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων nemini unquam comparandus, multo minus ulli post ponendus. *D. Mich. Walther* in dedic. Centur. Misc. Theol. Philologorum sidus lucidissimum, *D. David. Christiani* de LXX. virali translatione p. 45. Theologus in Schola crucis & tentationum exercitatissimus. *D. Christian. Chemnitius* de tentatione sensus & existentiæ fidei §. 29.

Thom. Crenius P. IX. animadv. zehlet ihn unter die besten Ausleger der H. Schrifft / deren Catalogum wir aus p. 274. mit seinen eigenen Worten vernehmen wollen: Ad Interpretes Scripturæ, de quibus *Maresius* agit, quod attinet, conjungendi sunt veteres & novi, isti ob spiritum, hi ob sensum, utrique dabunt, quod tollas. Martinus Chemnitius, Joh. Brentius, Matthias Flacius, Ægid. Hunnius, Frid. Balduinus, Joh. Gerhardus, Paulus & Joh. Tarnovius, Erasmus, Johannes

hannes & Sebastian. Schmidii, Glassius, atque B. Abrah. Calovius prioribus profectò non cedunt in dono hermineutico.

Von seiner Philologia Sacra soll zu andrer Zeit umständiger gehandelt werden.

JOHANNES GLODSTON, aliis GLODESTON, Carmelita Anglus, soll nach anzeige *Conr. Gesneri* in Appendice Biblioth. p. 65. und (der ihn treulich ausgeschrieben) *Possevini* Tom. I. p. 889. Moralitates in Psalterium verfertiget haben / davon aber andere Autores, die deswegen consuliret / nichts wissen wollen.

Draudius in Biblioth. p. 349. zehlet den Augustiner Mönch JOH. GODTWICUM in Engeland / der zu Linna Anno 1360. gestorben / unter die Comentatores Biblicos, wer der gewesen / berichtet *Elssius* in Encomiastico Augustin. p. 377. *Joannes Godtvvicus*, ex Provincia Norfolcensi in Anglia oriundus, ineunte adolescentiâ se in Linnensi Cœnobio disciplinæ FF. Ord. S. Augustini tradidit, inter eos habitum suscepit, suo tempore professionem edidit, & in illo instituto usque ad vitæ finem sanctè, constanterque perseveravit. Humaniores litteras, imò omnes ingenuas Artes diligenter hausit Cantabrigiæ. Deinde missus Oxonium ad majora studia, tam utiliter horas suas collocavit, ut, post annos non multos, ad summum Theologici Magisterii gradum eveheretur, & publicus in Academia Prælector constitueretur. Vir prudens, & gravis, eloquens, & facundus, qui suo tempore in Concionibus mirè floruit,

quas

quas insigni cum applausu, coram Rege, Regnique Proceribus, habuit frequentes. His nominibus apud suos opinio sanctitatis, apud seculares eruditionis fama, denique apud omnes incredibilis ei crevit auctoritas. Hinc tandem factum est, ut supremum, quem ei sui deferre poterant, acceperit honorem, & in Provincialem electus, in Anglia, atque etiam in Hybernia toti Ordini suo, magna cum laude, pari cum fructu, præsederit. Sed jam litteraria monumenta, quæ posteris ad utilitatem, sibi reliquit ad gloriam, videamus. Scripsit enim, in varios S. Scripturæ libros, Commentarios, quorum tituli plerique cum ipsis operibus, non mediocri detrimento, perierunt, ut inter alios scribit *Radulphus Marshamus* ejusdem Ordinis Historicus, in suo Chronicorum Manipulo. Hos tamen sequentes titulos invenimus:

Lecturas in Genesin, L. I.
Comment. in Danielem, L. I.
De Hebdomadibus Danielis, L. I.
In quædam D. Pauli dicta, L. I.
Sermones per annum, L. I.
Sermones solemnes, coram Rege, Regnique Proceribus, L. I.
Lecturas in Psalm. L. I.
Quæstiones disputatas, L. I.
Et alia plurima.

Obiit Linnæ, & sepultus est circa an. 1360. *Pamphil. Pitsæus de Angliæ script. ætat. 14. Anast.*

NICO-

NICOLAUS GORRANUS, ordinis Prædicatorum, provincialis Franciæ, in ſcholaſticis quæſtionibus tractandis acutus, & in ſanctorum lectione exercitatiſſimus, año ſalutis noſtræ 1390. edidit ſcholaſtico & aperto ſermone breves in univerſa Biblia commentarios, ſacrorum voluminum ſtudioſis valdè proficuos: de quibus Venetiis in Bibliotheca D. Joannis & Pauli ſubjecta vidi, in Pſalterium lib. I. *Sixtus Senenſ.* l. c. p. 276. *Henr. Wharton* in append. ad Hiſt. lit. Cav. p. 48. meldet zwar kein Wort / daß er etwas über die Pſalmen ſoll geſchrieben haben / jedoch gibt er uns dieſe nöthige Nachricht von Ihm: *Nicolaus de Gorham*, quem nonnulli Gallum fuiſſe volunt, rectius verò natione Anglus, in vico cognomine Provinciæ Hartfortienſis natus, Oxonii in Collegio Mertonenſi bonis literis innutritus, & Magiſterii gradu cohoneſtatus. Tandem Dominicanis ſe adjunxit; & Lutetiam profectus, doctrina ac pietate inclaruit, Ordinis ſui Provincialis in Gallia factus. Eundem tamen Franciſcanis Waddingus annumerat. Vixit forſan exeunte hoc ſæculo, circa annum 1400. Alii illum ad an. 1350. alii etiam ad ann. 1296. referunt, & Philippo cuidam Galliarum regi à ſacris Confeſſionibus fuiſſe produnt &c.

Gorrami Opera inedita recenſent *Baleus* Cent. VII. c. 22. *Altamura* Biblioth. Prædicat. pag. 71. & *Simlerus* Biblioth. Tigurin. pag. 519. conf. *Labbe* Tom. II. diſſ. de Script. Eccleſ. pag. 118. *Olearii* abac. p. 326. & Biblioth. Script. Eccleſ. P. II. p. 20. ſeq.

In Bibliotheca Bodlejana ist dieses Gorhams Arbeit über den Psalter als ein rares Manuscript zufinden. Vid. *Bernardi* Catal. MSC. Angl. P.I. p. 112. P.II. p. 18. Tom. II. p. 9.

In GREGORII M. Operibus (Tom. VI. pag. 132. seq. Edit. Antwerp. in fol. 1615.) findet sich auch eine Erklärung über die Psalmen Davids / weil aber selbige insgemein dem Paterio zu geschrieben wird / als wollen wir die Relation dahin versparen / biß wir in dieser Alphabetischen Ordnung auf den Paterium selber kommen.

Jedoch wollen wir diesen passum aus *Tenzelii* P.I. exerc. Select. p. 29. mit beyfügen: Usserius *ex Psalterio Græco Papæ Gregorii, ut præfert titulus, Psalterio videlicet Græco & Romano, Latinis utroque literis descripto Symbolum hoc exhibuit, novis additamentis characteris alio genere discriminatis.* Unde colligimus, Gregorii Magni ætate, qui circa confinia seculi VI. & VII. vixit, Symbolum Apostol. ea forma & serie, qua hodienum utimur, in Ecclesia Romana locum habuisse. Nam Psalterium hoc *Papæ Gregorii* fuisse *præfert titulus*, observante Usserio, quod pariter testatur Tho. Jamesius Lib. I. Eclogæ Oxonio-Cantabrigiensis p. 83. *Psalterium Latino-Græcum. Græcum respondet Latino è regione positum, & Scriptum est Romanis characteribus. Notatur ex quodam vetere, fuisse Psalterium Gregorii.* Nec obstat, quæ addit Usserius, *scriptum ævo Gregorii longe esse posteriorem.* Etenim præterquam quod *antiquum fidei Symbolum Latino-Gothicis in Codice illo membranaceo depictum literis*

teris reperiatur, referente αὐτόπτῃ Jo. Rodolfo Wetstenio Orat. V. de Linguæ Græcæ pronunc. p. 118. 119. illum vero scribendi modum Gregorii temporibus adprime convenire ex Animadversionibus Leonis Allatii in Antiquitatum Etruscarum fragmenta aliorumque Antiquariorum observationibus constet: certe ipse Usserius germanæ antiquitatis testimonium Psalterio illi præbuit in Epistola ad Vossium eidem Diatribæ præfixa, *quod Gregorii I. tempore non fuisse recentius, tum ex antiquo picturæ genere colligitur, tum ex literarum forma grandiuscula.* Provocat ad testimonium Angeli Rochæ, Bibliothec. Vatican. p. 407. qui scribit, *antiquissimum Bibliorum exemplar totum literis majusculis exaratum, sicut antiquitus apud Romanos scribi passim solebat, tempore B. Gregorii Magni conscriptum omnino existimari.*

Von GREGORIO Episcopo Nysseno schreibt Sixtus Senens. in Biblioth. S. L. IV. p. 235. scripsit quoque in *Psalterium commentarios*, qui in Bibliotheca Vaticana Græcè conscripti servantur. Andre aber gedencken nichts davon. Bekanter ist sein Werck de Epigraphis Psalmorum, welches nicht allein in den A. 1617. zu Cölln in fol. zusammen gedruckten operibus gleich anfangs zufinden / sondern auch Gretserus zu Jngolstad A. 1600. in 4t unter diesen Titul ediret: *D. Gregorii* Episcopi Nysseni commentarius duplex in Psalmorum inscriptiones, nunc primum Græcè & Latinè ex Bavarica Bibliotheca in lucem depromptus à *Jacobo Gretsero*, Societatis Jesu Theologo, accesserunt

runt ex eadem Bibliotheca novem orationes ſacræ Leonis Imperatoris hactenus ineditæ, ad Sereniſſimum Principem Guillielmum, &c. utriusque Bavariæ Ducem &c. In dedicatione lobt er *Greg. Nyſſenum*, quod Pſalmos myſticè explanet, & quomodo quis Pſalmorum lectione & meditatione ad vitam beatam perducatur, pulcherrimè demonſtret. Aus der Præfation aber erſehe daß der von Sixto Senenſe erwehnte Commentarius kein andrer / als eben dieſer ſey / den Gretſerus heraus gegeben / und alſo dienet er weiter zu unſern Vorhaben nicht / ohngeacht Ihn D. *Calov.* Tom. I. Bibl. Illuſtr. p. 931. unter die Commentatores zehlet. Alſo lauten aber des Jeſuiten eigene Worte: De Gregorio Nyſſeno multa præfari ſuperfluum arbitror, amice Lector. Notior eſt ſanctimonia & eruditio ejus; quam ut mea prædicatione egeat. Hic cùm alia multa nobilis ingenii ſui præclara monumenta reliquit; tùm geminum hunc in Pſalmorum Epigraphas commentarium; quem ex Bibliotheca Bavarica, nunc primùm in publicum græcè & latinè proferimus, & in certa capita, prout ſubjecta materies poſtulare videbatur, diviſimus, ne orationis nusquam interrupta ſeries Lectorem in laſſitudinem daret: varietatem Scripturæ aliquando ad oram annotavimus, & alia nonnulla, quæ *Nyſſeno* lucem dare poterant, ſubinde aſperſimus. Extat idem opus, ut ferunt, in Bibliotheca Vaticana; & apud Maximum Margunium, Epiſcopum Græcum. Nos duos codices habuimus: alterum integrum, alterum

rum magna parte mutilum, librarii culpa, qui ante finem labori ſuo finem impoſuit. Eſſe legitimum Nyſſeni partum, præter alia multa, declarat etiam hoc, quod hinc Nyſſeni nomine citantur & recitantur non pauca ab iis auctoribus, qui catenas, ut vocant, in Pſalmos contexuerunt: quorum aliquot aſſervat Bibliotheca Bavarica, unum in latinam linguam transtulit *Daniel Barbarus*; Etſi hactenus non niſi unam ejus operis partem latinè loquentem vidi; eam videlicet, quæ explicationem à primo usque ad quinquageſimum Pſalmum complectitur. Nec pertinet ad hoc opus concio in ſexti Pſalmi inſcriptionem de octava, quæ græcè & latinè jam dudum in publicum venit; ſed eſt ſeparata Homilia, à Nyſſeno in Pſalmi illius Epigraphen ad auditores ſuos inſtitutâ.

Vitam *Gregorii Nyſſeni*, ſtudia, res geſtas (præſertim pro fide Catholica) quæ fuerint, nemo quidem unus per hiſtoriæ ſeriem, quemadmodum fit in aliorum vitis, pertexuit, quod ſciam. At quæ *Gregorius Nazianzenus* in Oratione ad eum habita commemorat, ſunt tot & tanta, ut inſtar hiſtoriæ eſſe queant. Theodoretus autem, Socrates, Nicephorus, Suidas, & Martyrologium Eccleſiæ Romanæ præter recentiores, uti Raphaelem Volaterranum, & alios honorificentiſſimè de ejus vita, doctrina, eloquentia tanquam Patre Patrum loquuntur. Atqui cum idem Nazianzenus varias ad eum Epiſtolas ſcripſerit, nimirum 34. 35. 36. 37. 42. 43. 95. & 142. ex his

elici poteſt, quid de eo vel dicere, vel ſentire poſſimus.

Sanè quòd is ipſe Nyſſenus actus ſit in exilium ab Arianis ſub Valente Imp. quodque, hoc demortuô, deſtinatus ſit ab Antiochena Synodo ad inſtaurandas Orientales Eccleſias Arabiæ, dignus autem fuerit, ut inter præcipuos Catholicæ fidei propugnatores ſanctione etiam Imperiali laudaretur, maxima ſunt, quæ nos provocent, & ad ejus ſcripta legenda, & ad imitandam in fide fortitudinem, cujus diem mortis anniverſarium Latini nona die Martii, Græci in Menologio, quarto idus Martii celebrant unanimi cultu. Atqui ſucceſſit his Scriptoribus omnibus, qui in hoc genere omnes data ſibi à Deo gratia præceſſit *Cæſar Card. Baron.* qui præter ea, quæ de illis in Notis ad Martyrologium attigit, uberius in quarto Annal. Tomo ſcripſit. *Poſſevinus* l. c. Tom. I. p. 677.

GUILIELMUS GREGORIUS, natione Scotus, Academiæ Pariſien. Theologus, ſcripſit Scholaſticos in Davidem commentarios anno Domini 1527. Fab. Juſtinianus l. c. p. 404. *Sixtus Senenſ.* l. c. p. 238. *Poſſevin.* l. c. p. 704. P. I. ubi plura Scripta recenſet, conf. Joh. Bochium l. c. p. 808.

PHILIPPUS è GREVE, Pariſienſis Cancellarius, ſcripſit tercentum & triginta Sermones in Pſalterium Davidicum. Brixiæ, 1600. in 8. *Draudius* l. c. p. 347. conf. *Poſſevin.* l. c. P. II. p. 279. *Simleri* Epitom. Biblioth. *Geſneri* p. 151. & ejusd. *Geſneri* Biblioth. p. 559. *Olearii* Biblioth. Script. Eccl. P. II. p. 89. ſeq. *Sixtus Senenſ.* l. c. p. 289.

Philip-

Philippus Cancellarius Parisiensis & magnæ Parisiorum scholæ præfectus, vir undequaque doctus, & in sacris declamationibus populo charus, habuit *in singulos Psalmos duos vel tres eruditos ac disertos sermones.* Claruit an. dom. 1450. *Cave* l. c. p. 496. schreibt wahrscheinlicher A. 1230. meldet dabey/ daß diese Sermones zu erst A. 1523. zu Pariß in 8. gedrucket worden/ und setzt hinzu: Commentarius in Evangelia MSC. in Collegio D. Petri Cantabrig. Cod. 103. Commentarius in Job MSC. in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis Camaracensis.

In Benthems Holländischen Kirchen-Staat P. II. p. 687. findet sich DAVIDS HARPE, ofte Ontledinge en Verklaringe van alle de Psalmen des Coninkliken Prophete Davids door HENRICUS GROENEWEGEN, tot Enckhuysen A. 1687. in 4t. und p. 391. schreibt dieser Autor: zu unserer Zeit hat sich zu Enchuysen mit Schrifften sehr bekannt gemacht der Prædicant *Henricus Grœnevvegen.* Er war ein grosser Schüler des Coccejii, und hat dessen Meynung in unterschiedlichen Büchern/ welche sich am Ende darstellen werden/ weitläufftiger vorgestellet. Weil aber seine Lehre und Leben nicht überein kam/ wurd er seines Dienstes entsetzet/ da er denn vor weniger Zeit gestorben ist.

PHILIPPUS GUALTERUS de Castellione, Insulis Flandriæ oppido oriundus, Magalonensis Episcopus, (à Magalone, insula maris mediterranei, è conspectu Galliæ, cujus sedes Pauli III. Pont-autoritate anno MDXXXVI. in Montis-

Pessulani urbem translata est) Theologus & Poëta, ut illa ferebunt tempora, elegans, & magnæ opinionis.

Henr. Gandavensis in Catalogo, eumque secutus in Bibliotheca *Sixtus*, binos recensent *Gualteros* sive *Walteros*, Insulis oppido Flandriæ oriundos, quorum alter Episc. Magalonensis scripserit in *Psalterium*, *Epistolas* & alia, mihi incognita: cum unus & idem videatur, ut vel ex tempore, quo claruisse dicuntur, patet, circa annum videlicet M. CCLV. Certè *Galteri*, sive *Walteri*, *Magalonensis Episcopi*, *& sacra Rom. Ecclesiæ Legati*, legitur ad Præpositum & Canonicos Ecclesiæ Insulensis *Epistola*, præfixa operi L. olim Canonici Insulensis, postmodum S. Rufi Abbatis, cui titulus: *Flores super Psalterium*, quâ de laude operis illius & auctoris agit; Tornaci ad S. Martinum &c.

Obiisse putatur Castellione (unde illi cognomen adhæsit) ut testatur distichon:

Insula *me genuit*, *rapuit* Castellio *nomen*,
Perstrepuit modulis Gallia *tota meis*.

Valerius *Andreæ* Bibl. Belg. p. 773. seq. *Reinesius* in Epist. ad Daumium p. 271. ad A. 1095. *Casp. Barthius* in Not. majoribus ad Claudian pag. 1140. Media barbarie (inquit) non ineptus versificator Galterus ab Insula, qui tempore Johannis Sarisberiensis, ut ex hujus ad eum epistolis discimus, vixit: tam autem posteà clarus fuit, ut ex pulsis quibusvis bonis auctoribus, scholas tenuerit, ut scribit in ejus vita *Henricus de Gandavo*. *Alanus* tamen in

in *Anticlaudiano* eum ſugillat, & *Mævio*, malo poëtæ, comparat. Vid. *Svveertius, pag. 642. König.* in Biblioth. pag. 329. *Voſſius* de Poet. Latin. pag. 12.

Von dem vorhin angeführten Galtero oder Gualtero ſchreibt Cave l. c. p. 445. gente forſan Gallus, Roberti Præpoſiti Inſulani Conſanguineus, An. 1103. factus eſt Epiſcopus Magalonenſis, & legatus Apoſtolicus. Obiit An. 1129. Extat *Epiſtola* ad Robertum prædictum *de Floribus Pſalmorum* à Lietberto S. Rufi Abbate collectis apud Mabillon. *Analect.* Tom. I. p. 289. In *Bernhardi* Catal. MSC. LL. Anglic. Tom. I. p. 147. findet ſich auch n. 2732. 133. ſein MSC. de Floribus *Pſalterii*; continet expoſitionem in *Pſalterium* univerſum in tres partes diviſam, item Tom. II. p. 244. n. 8291. in Biblioth. Jacobi. davon uns allbereit *Sixtus Senenſ.* l. c. vorhin p. 5. ſeq. einige Nachricht gegeben / conf. *Poſſevini* Apparat. Tom. II. p. 547.

RUDOLPHI GUALTHERI Homilien in Pſalmos Tig. 1601. ſind auch bekannt. *Conr. Kircherus* de concordant. uſu II. exemp. 3. p. m. 48. ſchreibt von ihm: *Gualtherus* equidem vir doctiſſimus, accuratam & genuinam Pſalterii verſionem pollicetur, verum ſi difficiliores, in lingua ſancta, phraſes occurrunt, manifeſtè ſe prodit, à Luthero verſionem Germanicam non rarò ſe mutuatum eſſe: & omninò hærere, niſi ejus ſequatur veſtigia — ut maximè ſe ab interprete noſtro ſejunxerit, teſtatum tamen & hac ratione publicè

facit, proprietate & perſpicuitate ſe ſeparatum eſſe.

Quid non Gualtherus docuit, cecinitque docendo,

Cui Phœbus dederat Chriſtus & ipſe Lyram.

Boiſſard. in Biblioth. Chalcograph. P. I. lit. R. 3. *Imbonatus* hingegen l. c. p. 459. nennt ihn hæreticum primæ claſſis.

GUERRICUS Abbas Ignacenſis, Tornacenſis antea Canonicus & Scholæ B. Mariæ Magiſter, ingenio facilis, eloquio dulcis & compoſitus, teſte Trithemio, tantum D. Bernardi (cujus diſcipulus eſſe meruit) magiſterio profecit, ut ejusdem calculo dignus prima ſede judicaretur, uti teſtatur auctor annonymus in vita Ven. Hugonis Abbatis Marchianenſis, antea alumni Cœnobii Martiniani apud Tornacenſes, ubi eadem vita MS. legitur. Meminere *Guerrici*, uti diſcipuli S. Bernardi, Pet. Caniſius lib. X. de B. Maria Cap. XXVIII. & alibi, Molanus in Natalibus SS. Belgii 20. Auguſti, Miræus in Chronico Ciſtertienſi ad an. 1129. Arn. Wionus lib. I. Ligni vitæ C. XLVIII. qui ſcribit eum floruiſſe an. CIↃ. C. XXX. Fallíturque propterea, Sixtus Senenſis, qui in Bibliotheca ſua ſancta ponit claruiſſe an. CIↃ. CCC. ſecutus veriſimiliter Trithemii ordinem, cujus verbis utitur ex libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Reliquit *ſermones de tempore & ſanctis*, editos à Joan. Gagnejo, Pariſ. 1539. & 1547. Item emendante & edente Joan. Coſterio, Antw. apud Nutium 1576. 12. Leguntur & *Guerrici Poſtillæ ſuper Pſalterium*, Tornaci

naci ad S. Martinum. Item Tract. *de langvore animæ amantis*, Brugis apud Religiosos Dunenses. Val. Andreæ l. c. p. 302.

ANTONIUS de GUEVARA, quem male quidam cum Mindoniensi Antistite confundunt, Philippo II. Hispaniarum Regi cum à sacris esset, Priorque (ut vocant) *Sancti Michaëlis de Escalada* in tractu Legionensi, aulæ pertæsus, in secessum quendam, ut sibi, & libris vitam viveret, sese contulit; atque continuit quidem eo in loco, dum scriberet è lectione sacrarum scripturarum, quas familiares sibi valde fecerat, ea quæ sequuntur. —

In Habacuc Prophetam commentarios; ad Casparem Quirogam Toletanum Archipræsulem, *doctos*, illos *variisque antiquitatum linguarum, & historiarum notis refertos*, ut Andreas Scotus: *elegantes, pios, atque eruditos*, ut Antonius Possevinus loquuntur. Præfatur ibi se conscriptos habere, an editi sint nescio —

De vulgatæ Latinæ lectionis autoritate & de sacrosancti Concilii Tridentini super hoc decreto volumen justum. Item

Literalem expositionem in primum caput Genesos.

In Psalmos Davidicos breves *annotatiunculas.* Prodierunt laudati comentarii primum Madriti 1585. 4. deinde 1593. in folio: Augustæ Vindelicorum 1603. 4. Antverpiæque apud Belleros 1609. 4. *Antonius* Bibl. Hispan. p. 100. Indem aber dieser Antonius gleich Anfangs wegen der Confusion zweyer Antoniorum nöthige Erinnerung

 rung

ung gethan / so wollen wir dieselbe noch deutlicher machen / aus *Molleri* Homonymoſcop. p. 682. Duos Hiſpania Theologis ſuis annumerat ANTONIOS de GUEUARA, Seniorem ſc. patria Alavenſem, ex Monacho Franciſcano Epiſc. Mindonenſem, & Caroli V. Imp. circa an. 1545. Concionatorem Aulicum, Chronographum ac Conſiliarium, *Epiſtolis*, *Horologio Principum*, *Monte Calvariæ*, aliisque ſcriptis, famam adeptum immortalem; & juniorem, ex ICto Palatino ac Milite, ſacerdotem Philippi II. Hiſpanorum Regis, circa An. 1583. Aulicum S. Michaelis de Schalada Priorem, & tandem Eremitam, in Cap. I. Geneſeos, Pſalmos & Habacuci Prophetiam commentatum, quem à Königio (*in Biblioth. vet. & nova p. 416.*) perperam *Antonium de Huecara* appellari video. Accurate hos diſtinxit, præter Bibliothecarum Hiſpanicarum ſcriptores *Jac. Tirinus* in Alphabetico quem *Commentario Biblico* præfixit, Autorum Indice. Confuderunt autem Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpp. ſcript. p. 62.*) utriusque dignitates ac officia, & Joh. Chr. Becmannus (*in Catal. Biblioth. Francof. p. 215.*) amborum Scripta, uni eidemque vindicantes Autori. conf. *Reinh. Henr. Rollii* Bibliothecam Nobil. Theolog. p. 361. ſeq.

[GUILIELMUS PARISIENSIS Epiſcopus, Gallus, Arvernus, (von welchen wir zwar ſchon vorhin P. VIII. p. 76. ſeq. gehandelt haben / aber auch hier ſeiner nicht vergeſſen wollen / damit man ihn ſub nomine notiſſimo *Guilelmi Pariſienſis* nicht / vergebens

gebens suche/) scripsit in Psalterium Librum unum. Vir fuit admodum pius & doctus *Bellarmino.* Eruditionis ac pietatis nomine percelebris, *Flacius* in Cat. Test. Verit. p. 607. n. 233. Sensit tum de articulo Justificationis, tùm de multis aliis religionis partibus longè melius cœteris ejus temporis doctoribus, quemadmodum testantur ejusdem Scripta. Paris. I. Vol. edit. 1516. *Crovvæus* in Elench. p. 162.

Das könte statt einer Antwort dem Herrn *Pratorio*, hoch-*meritir*ten Herrn *Seniori* bey St. Marien in Thorn / auf seinen Zweiffel mit dienen / daß schwerlich jemand gefunden werden könte / der solche stattliche Arbeit mit gleichem Geiste fortzusetzen und vollzumachen sich unterwinden solte. (In Gott gefälliger Seelen-Taube *Præf. p. 16.*) Denn ob er wohl auch dariñen recht hat / daß Herbergeri Geist und Gaben ihm fast wie allein eigen / und er darinn nicht wohl seines gleichen hat / so möchte doch auch Herr D. Schertzers Erinnerung einer und dem andern vielleicht allerhand Scrupel machen / der sich / obwohl mit ungleichen Gaben / an solche Arbeit zu machen gedächte / ein jeglicher nach dem GOtt ausgetheilet hat das Maaß des Glaubens / Rom. XII. 3.

Und p. 166. Es könten aber die Herbergerischen Schrifften nicht uneben eine kleine Bibliothecam ausmachen / sonderlich nach den ersten Editionen / da sie nur einzelen und Stück-weise

meh-

mehrentheils in 8. herauskommen. Der öffters wiederholte Auflag eines Buches ist ein unstreitiges Merckmahl desselben Güte. Von des Kempisii Nachfolge Christi / und des Gerhardi Schola Pietatis & Meditationibus sacris, ist bekannt / wie offt sie die Presse zu der Autorum grösten Ruhm ans Licht gebracht. Herbergers Evangelische Hertz-Postill soll schon zum 24mal seyn aufgelegt worden. Von den Magnalien kam das erste Theil A. 1601. heraus / und ward ihm gleich das Erstemahl aus Leipzig am ersten Weynacht Feyertage eingehändiget: Darüber er sich seiner Gewohnheit nach eine hertzliche Freude machte / wie diese seine Worte anzeigen: Ipso Die Nativitatis JEsu nascitur apud me liber meus de Jesu, post Concionem, & nascitur de virgine, Virgo enim mihi offerebat. Das erste schenckte ich auch einer Jungfrauen von Olbersdorff / und war noch dazu in Magdeburg gedruckt. Alles was sich in gemeinen Wandel ereignete / muß dem seel. Mann also fort zur Andacht dienen. Auch weil ihm die Exemplaria durch eine Jungfrau eingehändiget worden / hatte er dabey seine gute Gedancken.

Wie begierig diese Arbeit von frommen Hertzen angenommen / ist nicht zu sagen. Dahero Ihn auch der Verleger / Thomas Spürer von Leipzig / mit einem Brief über den andern nöthigte / darinn fortzufahren. Sonderlich / als das erste Buch Mose zu Ende war / da setzet Valerius diese Worte / A. 1604. d. 5. Jun. welches der erste Pfingst-Tag war: JEsus defendit seipsum, Schü-

rerus enim postulat Exodum — Herberger absolvirte Pentateuchum innerhalb eilff Jahren/ darüber ich seine eigene Hand aufzuweisen habe: JEsu prævio incepi hunc laborem Anno 1600. Et Jesu deducente absolvi Mosen Anno 1611. den 19. Sept. mit den andern drey Büchern/ Josua/ der Richter und Ruth ward er in 7. Jahren fertig. Darauf machte er sich an den Psalter Davids/ dessen Ursachen er selbst in der Vorrede an die Königl. Princessin Añam aus Schweden giebet/ weil das Alter und allerhand Schwachheiten ihn zweifelnd gemacht/ obs auch werde möglich seyn/ durch die Bücher Samuelis/ *Regum*, *Chronicorum*, Esrä/ Nehemiä/ Esther/ und Job hindurch zu arbeiten. Derowegen/ habe er im Mittel ihm als einen alten Greiß selber zur Freude/ das Psalter-Paradieß eingesprenget. Daß er aber zum ersten diesen festen Vorsatz gehabt/ alle Bücher so durch zugehen/ wie er angefangen/ zeigen seine eigene Worte/ wenn er in der Historia Jobabs/ der für den frommen Hiob gehalten wird/ saget: Von Jobs Historia soll an seinem Orte ausführlich geredet werden. Und bald darauf: freylich ist Jobs Historia fast das schönste Trost-Buch auf Erden. Es wird auch der grosse Schmertzen-Mann JESUS CHRISTUS *Esa. LIII. v. 4.* (viri dolorum, des Schmertzen-Mannes) Historia so schön gebildet werden/ daß es nur Wunder und Lust wird geben zu bedencken; (Magnal. Dei P. IV. n. 10.)

Er

Er ist aber damit nur biß auf die drey ersten Verß des 23. Psalms kommen. Dieses Florilegium ex Paradiso Psalmorum, wie ers nennet/ oder Psalter-Paradieß ist A. 1700. zu den Magnalibus Dei mit angedrucket worden/ weil es auch mit ihnen einerley Zweck hat. Seinem Sohne ließ er davon diese Nachricht/ wie er in solcher Arbeit verfahren sollte: Regula omnium Concionum super Psalmos. (1) Behalte den Text klar de Davide. (2) Transi ad Jesum, & monstra mysteria. (3) applica ad nos Christianos & Davidis Confessions-Brüder. Sein Sohn/ M. Zacharias/ fieng es bald da an/ wo es sein seel. Herr Vater gelassen/ aber sein frühzeitiges Ableben ließ ihn auch nicht gar weit kommen/ welches bey dem Ende des 28. Psalms geschehen. Hernach hat dieses Zachariä Successor, M. Michael Eder die Psalmen fort biß zu Ende öffentlich geprediget/ und über den übrigen 122. Psalmen noch zwölff Jahr und ein halbes zugebracht. Die letzte Predigt aus dem 150. Psalm geschah A. 1643. d. 14. Sept. da Herr Eder es in der Predigt mit eingebracht/ wie sie drey/ Herr *Valerius*, *M.* Zacharias/ und er fast 20. Jahr über den Psalter-Buch geprediget/ und ward diese letzte Predigt auf seine Anordnung mit einer schönen Music, dazu über die Orgel/ allerhand Instrumenta, Posaunen/ Paucken/ Drometen/ Violen/ Cymbeln und was nur zu haben/ gebraucht worden/ beschlossen. Doch ist davon nichts in öffentlichen Druck kommen. Kan hiebey nicht unangeführt lassen/ daß der berühmte

Dill-

herr ehemahls in Nürnberg anno 1644. die Music / nach allen ihren Instrumenten / soviel nur zu haben gewesen / præsentiret / da zugleich dieser 150. Psalm mit 80. unterschiedlichen Instrumenten den gantzen Actum beschlossen (Dilherr. Tugend-Schatz und Laster-Platz p. 353. 360.)

Und nachdem er noch viel andre Schrifften recensiret / schreibt er p. 181. daß sehr viele Herbergers Schrifften Ihnen mit ins Grab geben lassen. Wie er selbst **Dietrichen von Schöneich** / **D. Obrecht zu Straßburg und** *D. Monavium* **zu** Breßlau / nennet / die also haben wollen begraben seyn. (Trauerb. P. IV. Conc. 12. p. 213.) Die Ursach ist / auch nach dem Tode zubezeugen / daß sie JESUM hertzlich geliebet / der in diesen Büchern beschrieben. Ubrigens aber mag es genug seyn / man habe diese oder andere geistreiche Schrifften im Leben lieb / und lasse sich dieselbigen unterweisen zur Seeligkeit / damit man einmahl an seinem Ende **durch den Glauben an Christo** JEsu desto seeliger ins Grab kommen / und darauf an jenem Tage zum ewigen Leben auferstehen möge. conf. D. Götzens Toden-Biblioth. p. 17.

Wir wollen noch etwas weniges beyfügen / wie theuer und wehrt dieser erleuchtete Theologus nebst seinen Schrifften gehalten worden. *Crenii* Urtheil in Exerc. II. de libris Scriptor. Opt. p. 42. haben wir schon öffters gehöret / der sie über alles Gold æstimiret. Sein Lob und Leben beschreibt auch *Freherus* in Theatro p. 436. ex conc. fun. M. *Valent. Preibisii*, Past. Glog. allwo dieser Umstand

unter andern zu finden/ welchen wir aus des seel. *Seiffarts* Delic. Melic. p. 293. anführen wollen: Pia Deo aliquot vota nuncupavit, quæ etiam sincerè per omnem vitam observavit. Præcipuè ad id se obstrinxit, ut cotidie, antequam cubitum iret, unum alterumque è Psalterio Davidico Hymnum recitaret. Unde fata sibi imminentia pleraque prævidere potuit, sicut aliquoties fassus est, & ex annotatis ejus ad aureum illum librum patuit.

M.Jac.Thomasius in Dissert. de Petro Dresdensi (die A. 1693. verteuscht worden/) nennet ihn p. 97. einen wegen seiner Pietät/ Gelehrsamkeit und Beredsamkeit gar berühmten Mann. D. Sebast. Gottf. Starck in Conc. fun. Doroth. Lindnerin p. 19. den Frauen Städtischen Hertzprediger und wol recht andern JEsum liebhabenden Ignatium. D. *Deutschmann* Dissert. in Phil. II. 12. 13. p. 17. Virum piissimum & omni encomio majorem. Adam Rechenberg in Dissert. I. de titulis & gradibus Eccl. in N. T. tit. II. §. 3. pium ac disertum.

Von seinen Magnalibus deren wir vorhin unter *Cocceji* Nahmen erwehnet/ schreibt der Oettingische Superint. Jac. Herrenschmidt in Reminisc. Christiano gem. p. 31. daß sich Graf Philipp zu Oettingen fast den gantzen Tag daraus etwas vorlesen lassen. Jesum Christum nucleum esse sacrarum literarum scimus, id pie & prolixè diduxit *B. Valerius Herbergerus* in Magnal. Dei verè aureis, qui ob id de se rectius, quam de versu suo Ovidius, gloriari potest. Quicquid conabar dicere,

dicere, Jesus erat. *D. Frid. Rappolt* Dissert. in Hebr. IX. v. 24. seq. p. 4.

In quo scopo Scripturæ universali declarando desudavit præter alios *B. Valer. Herbergerus* in Magnal. Dei verè aureis. *D. Joh. Fecht* Disp. de termino gratiæ divinæ sect. I. §. 4.

Ich erinnere mich / daß mir einmahl ein gottseeliger Prediger / der nunmehr in GOtt ruhet / erzehlet / daß seine Mutter / in ihrem Wittwen-Stande und vielfältigen Sorgen / hätte ein Buch gehabt / daß sie sich zu ihrem Trost und Unterricht gebraucht / nemlich die Hertz-Postill / Herr *Valerii* Herbergers / des geistreichen Predigers / welche sie so offt durchblättert / und mit soviel Thränen genetzet / deß die Blätter gantz dünne und gelbe worden. Ein solch wohlgebrauchtes Buch ist besser / als die grossen Bibliothecken der Heuchler und Maul-Christen. Vid. **Gottholds** zufällige Andachten. Cent. I. n. 34. p. 52. *Adami* Biblische Ergötzl. N. T. A. 1694. p. 1542.

Graf **Christoph Schlick** der Aeltere / hat sonderlich an diesem Buch seine Freude und Lust gehabt / und allezeit innbrünstig darinnen gelesen / wie *Nic. Hannolt*, Diaconus zu Falckenau in der ihme gehaltenen Leich-Predigt rühmet. M. *Thom.* Funckens Predigers in dem Münster zu Ulm Ehfrau hat Herbergers Trauer-Binden ihr tägliches Manual seyn lassen / vid. conc. fun. à *Joh. Conr. Mayero* hab. p. 28. *Seiffart*. l. c. p. 292. schreibt: Er ist wohl ein rechter Hertz-Prediger gewesen / und hat schöne Theologische Schrifften an den

Tag gegeben/ welche alle rechtschaffene fromme Seelen in hohem Werth pflegen zu halten; und wird man sonderlich seine Hertz-erquickende Hertz-Postill in der meisten Christlichen Hauß-Väter Häuser antreffen.

HEREBERTUS de BOSCHAM (welchen *Possevinus* P. I. Appar. p. 735. unrecht Hoscham nennet) ist mir aus *Bernardi* Catalogo MSC. Angliæ P. I. p. 107. n. 2051. bekannt worden/ all-wo gemeldet wird/ daß unter den MSC. P. II. Psalterii zu finden à Ps. 74. ad 100. inclusive, & P. III. à 100. ad finem, cum glossa Magistri *Hereberti de Bosham*, conf. Tom. I. prioris P. III. p. 96. n. 321. Die neueste Edition Hist. lit. *Cave* p. 597. hat diese Nachricht von ihm gegeben/ ohn-geacht von seiner Arbeit in Psalmos nichts gemel-det wird: Gent. Anglus, patriâ Southsexiensis, claruit A. MCLXXX. In Academiâ Oxoniensi studiorum tyrocinia posuit, liberalium artium & Scholasticæ Theologiæ magisterium adeptus. Posteà in Gallia studiis suis strenuè incubuit. Thomæ Becketto, summo Angliæ Cancellario ab Epistolis erat, cujus etiam cædi præsens adfuit. In exilium actus, Romam à Pontifice vocatur; Archiepiscopus Beneventanus & Romanæ Ecclesiæ Cardinalis factus. Quod verò Herebertum Cardinalem & Beneventanum in Italiâ Archiepiscopum faciant *Baleus* & *Pitseus*, & ad testimonium *Steph. Langtoni* lib. IV. de vitâ S. Thomæ provocant; vereor ne cum suo Langtono graviter hallucinati sint. Certè *Ferd. Ughellus* Ital. Sacr.

Sacr. Tom. VIII. Col. 192. in Archiepiſcopis Beneventanis id negat, & errorem refellit. Non inficiatur Tom. VI. col. 999. Herebertum quendam natione Anglum, Compſanum in Italiâ Archiepiſcopum fuiſſe, diuque ſedem iſtam tenuiſſe, tandemque, A. MCLXXX. vitam clauſiſſe. Verum is alius à noſtro erat. Compoſuit Herebertus noſter Librum *de vitâ & geſtis Thomæ Cantuarienſis.* An prout ab ipſo ſcriptus eſt, hodie ſuperſit, nondum didici. Magnam certè ejus partem operi ſuo inſeruit. *Quadrilogi* Auctor, ſervatis ipſius Hereberti verbis. Extat Quadrilogus tum alibi, tum Becketti Epiſtolis præmiſſus Bruxel. 1682. Alia Hereberti opuſcula recenſet *Baleus* Cent. III. cap. 15. p. 220. conf. Hendreich. Pandect. Brandeburg. p. 670. Ein mehrers von ihm hat *Joh. Lelandus*, antiquarius doctiſſimus in ſeinen Collectaneis de ſcript. illuſtr. von ihm geſchrieben. Vid. Bernard. l. c. p. 243. n. 138.

Nicht allein die Theologi ſondern auch einige Juriſten haben ſich um die Pſalmen wohl verdient gemacht / wie gegenwärtiges Buch ausweiſet: Pſalmorum Davidicorum ſimplex & dilucida explicatio, vulgata translatio cum græca LXX. interpretum verſione ad Hebraicam veritatem collata, caſtigataque, Scholiis brevibus quidem, ſed perquam eruditis illuſtratur, adjectæ ſunt preces hebdomadariæ ſuis ſingulis Pſalmis ſtipatæ per CONRADUM HERESBACHIUM, ICtum, cum præf. JOH. STURMII Baſil. 1578. in 4.

In der Dedication an Hertzog Johann Wilhelm zu Julich / Berg und Cleve / 2c. sind die Wort notabel: In hac ætatis noſtræ facie periculoſoque hujus mundi curſu ſeneſcentem me propemodum vitæ tædere incipit, cumque jam legitimum vitæ terminum compleverim, ætatis fretus excuſatione & corporis ingeniique imbecillitate, ab aula hujusque mund i laborioſis periculoſisque negociis me ſubducere, & auctarium hoc vitæ, quodcunque mihi benignus DEus largiri dignabitur, in ſacris literis conſumere, & DAVIDICIS PSALMIS, quibus univerſa ſcriptura divina ἐπιτομικῶς, & compendio comprehenditur, meam ſenectutem exercere decrevi. At verò cum pſalmorum vulgata translatio, quæ in omnibus collegiis, monaſteriis, templis atque ſacris quotidie ſine intellectu, perfunctorie ac quaſi aliud agendo magno abuſu decantatur murmuraturque, ut autem ea, partim corrupta partim obſcura, magis perſpicua caſtigatiorque redderetur, & cum majori fructu uſurpari poſſit, meisque etiam privatis uſibus, qui pſalmos mihi familiares habere conſuevi, accomodatior eſſet, vulgatam translationem cum Hebraica veritate, Græcaque interpretatione, Chaldaica etiam paraphraſi, patrumque orthodoxorum ac recentiorum Hebraicæ linguæ peritorum explicatione, (quantum ad ſanam perſpicuamque intelligentiam ſatis eſt,) adhibita, diligenter contuli. Ipſam autem vulgatam translationem nonniſi locis neceſſariis mutavi, ne à receptis recederem, aut novitate quempiam offenderem.

In der Vorrede ad D. *Joh. Nervium* ICtum beschreibt *Joh. Sturmius* dieses Heresbachii Leben / daraus wir ein und anders excerpiren wollen: Heresbachius cum alia quædam præclara scripsit, tum imprimis libros duos, quos de institutione principis ante aliquot annos edidit, tum etiam in Davidicos Psalmos commentationes: quas jam tu in lucem proferre cogitas, & pro his me præfari postulas, quæ neque defensorem neque laudatorem requirunt. Quid enim defendam eos libros, quos nemo improbavit? aut quid laudem, quod sine laudatore potest sua laude consistere? nisi autor aut celebrandus sit, quem sua monumenta in cœlum tollunt: aut defendendus, in quo nullum unquam, vel ignorantiæ vitium, vel vitæ crimen locum habuit.

Horum utrumque ego literatissimi & prudentissimi puto esse viri judicium, cujus neque scripta neque vita quicquam habet, quod queat reprehendi.

Ergo etiam ego beatè vixisse puto avunculum tuum, qui dum vixit, neque latere potuit, propter libros quos scripsit, neque quicquam scripsit aut egit, quod calumniis esset expositum — — — qui cum in Pontificatu vixerit, in eoque vita defunctus sit: tamen & vita & monumentis suorum scriptorum, æquatam laudem apud nos Pontificiosque ipsos post se reliquit — — non solum scientia eruditus: sed etiam usu in consiliis Principis, & legationibus instructus: memoria antiquitatis: & literarum doctrina munitus: multis

& magnis virtutibus prædicus. Diu vixit, multa legit, multa audivit, multa vidit, multa observavit, cum in cæteris hominum casibus & eventis, tum maximè in his inveteratis Ecclesiarum certaminibus, quæ & ad fugienda mala essent idonea, & ad eligenda bona essent apta: & ad emendandam Ecclesiam essent utilia: & ad colendam charitatem essent necessaria. In seiner eigenen Vorrede aber zeigt er uns in einem kurtzen Begriff/ worinnen seine Arbeit bestehe: cum id quod superest mihi ætatis, sacris literis mancipare atque his fomentis τὴν πρεσβυτικὴν ἀσθένειαν γηροτροφεῖν decretum sit, & cum inde ab adolescentia psalmis aliquot Davidicis selectis familiariter assuetus, ad librum hunc psalmorum, qui mihi plurimum literarum sacrarum instar esse posset, animum adjeci, atque in eo recte intelligendo me exercere constitui. Et quia olim adolescens *Justinianum* Genuensem Episcopum Nebiensem psalmos aliquot Hebraicè unà cum Dikduk R. *Mosis Kimchi* interpretantem audivi, aliisque præceptoribus in juventute qualemcumque Hebraicæ linguæ cognitionem, quantum adjudicandum necessarium, mihi comparavi: ad ejus usum jam senex reversus, receptam vulgò latinam psalmorum Davidicorum translationem cum hebraico fonte græcisque 70. interpretibus conferre, sanamque eorundem intelligentiam elicere cœpi, ac primum privatæ memoriæ meæ sublevandæ causa, quæ ob senium labascit, ne idem labor sæpe iterandus, cœpi carptim annotare, si quid cor-

ruptum,

ruptum, obſcurum aut malè interpretatum, aut ab Hebræis Græcisque diſcrepare videretur. Verum cum in progreſſu Targum Chaldaicum aliorumque in pſalterium commentaria conſulenda viderentur, ut etiam aliis uſui eſſe poſſent, ſcholia ſingulis verſibus, ubi neceſſitas requirit, annectere cœpi, vulgatam & receptam latinam verſionem, ne à receptis diſcederem, aut mutatione quempiam offenderem, retinui, etiamſi voces plurimæ parum latinæ, & orationis inconcinnitas pleraque mutata ſuaderent. Cæterum quia aliquoties à fonte longius diducta vulgata translatio, & obſcurior nonnunquam quam ut ſenſus percipi poſſit, coactus plerunque collatis commodioribus interpretationibus ad Hebraicam veritatem quædam mutare, & quæ obſcura illuſtrare magisque perſpicua reddere, nihil tamen mutatum, cujus in ſcholiis, quæ verſibus ſingulis adjiciuntur, ratio non reddatur. Primum ſimplicem ſententiam ad Hebraicam veritatem accomodare ſtuduimus, ſi quid in vulgata latina verſione mutatum, id in ſcholiis cum Hebraico fonte, & 70. interpretatione adſcriptum confertur, ut lectori liberum relinquatur judicium. Pleræque voces etiam Hebraicæ ancipites ab aliis aliter interpretantur, eas in ſua lingua in ſcholiis adſcripſimus, ut in conſpectu eſſent lectori, quò expeditius conferre & judicare queat, neq; ſubinde ad ipſa exemplaria Hebraica recurrere opus eſſet. Ac verò cum alia aliis linguis ſignificantius exprimantur, Germanicas quoque, & Gallicas atque Italicas transla-

lationes adhibui, verſus ad Hebraica exemplaria diſtinxi, conſtat enim vetus Teſtamentum certo verſuum numero. Deinde ut veterum & Eccleſiæ conſentientem ſententiam non negligerem, Patrum explanationes, Hieronymi ac recentiorum Hebraicæ linguæ peritorum interpretationes accerſivi, & ſi patres aliquot propter Hebraicæ linguæ imperitiam à genuino ſenſu deflexerint, ac derivarint: Veterum tamen explicationes propter autoritatem veneror, nec temere rejiciendas exiſtimo. Recentiorum autem interpretationes propter linguarum peritiam non arbitror contemnendas neque negligendas. Plerique linguæ ignari ad anagogias & allegorias prolabentes germanam ſententiam negligunt. Mihi ſatis viſum ſimplicem pſalmorum intellectum explicare, etiamſi myſticum ſenſum non negligendum cenſeo, ſed ſuo loco breviter attingo. Qui anagogias allegoriasque quærunt, legant Hilarium, Arnobium, Auguſtinum & alios, qui hujusmodi tractant.

L. Georg. Weiſſius in melet. Theol. de Meſſia verme C. II. p. 15. ſchreibt von ihm: Heresbachius JCtus quidem Pontificius, ſed in Hebræa literatura & Scriptura S. verſatiſſimus.

In avito caſtro HERESBACHIO natus, ſanguine utique fuit nobilis. Rexit vero & juventutem Ducis Juliaci, Cliviæ & Montium, ac quamvis ruri degens, à conſiliis tamen Reip. Duci ſuo fuit, eoque munere in arduis quibusvis, imò & forenſibus negotiis, ſimulque illuſtribus legationibus

nibus, sæpe numero eſt perfunctus. Coring. *in dedicat. præm. Dubravio de piſcinis.* Cujus Epitotome Juris prudentiæ Chriſtianæ omnium teritur manibus, qui vir Germaniæ noſtræ luminibus vel ex eo ex meritò venit adcenſendus. *Georg. Remus* Spicileg. in Salom. Parab. Dedic.

Vir dignitate & doctrinâ præſtans, in majorum ſuorum *Heresbachiano* caſtro in Clivenſi ditione natus, anno 1575. Eid. Sept. in ſuo Lorinſulano ad Deum migravit, cum LXVII. annum exegiſſet. *Comentarium in Pſalmos* eruditiſſimum edidit, & *de re* ruſtica in illo otio poſt alios ſcripſit, non minus morum ſuavitate de ſuis, quam eruditione de rep. bene meritus. Thuan. *ad an. 1575. lib. 62. hiſtor. pag. 1542.* Magir. in Eponymol. p. 431. *Quenſtedt* de patriis p. 209.

Linguarum plurium peritus fuit *Latinæ, Græcæ, Hebrææ, Italicæ, Gallicæ & Belgicæ*, & quanquam in Pontificatu vixerit, monumentis tamen ſcriptorum ſuorum æquatam laudem apud Evangelicos Pontificiosque poſt ſe reliquit. *Freherus* in Theatro Vir. Clar. p. 871.

Bolduanus in Biblioth. Theol. p. 32. zehlet zwar JOH. HULDRICUM HERLINUM, Collegii Bernenſis Ephorum, unter die Commentatores Biblicos, er gehöret aber eigentlich nicht in dieſe Claſſe, denn ſein Inſtitutum erhellet gleich aus dem Titul: Analyſis Iſagogica, ſeu Iſagoge Analytica ad lectionem librorum Biblicorum omnium, tribus diſtinctis partibus edita, ad rerum & argumentorum ſummam ſeriemque facilius intelligentiâ

&

& memoria complectendam, cum verſibus *μνημονικοῖς* triplicibus. Dieſe Analyſis über die Pſalmen iſt zu finden P. III. p. 59. — 202. über die Verſus memoriales moquiret ſich nicht ohne Urſach / ziehet ſie aber doch andrer noch weit abſurdrer Arbeit vor M. Neumeiſter in diſſert. de poëtis German. p. 64. ſeq.

THEODORICUS HERXENIUS (in D. *Calovii* Bibl. illuſtr. Tom. I. p. 931. col. 1. heiſt er *Herpenius*) oder de *Herxen*, wie ihn Conradus *Geſnerus* in Bibl. univ. p. 608. und der ihn treulich ausgeſchrieben / *Poſſevinus* l. c. Tom II. p. 455. nennet / natione Germanus, viſitator ordinis clericorum in communi viventium, vitæ ſanctimonia & ingenii viribus clarus, ſcripſit *ſcholaſtico ordine, ſed eloquio magis devoto in Pſalterium librum unum.* Claruit ſub Frederico Imperat. III. An. Domini 1476. *Sixtus Senens.* in Biblioth. S. L. IV. p. 303. *Joh. Bochus* l. c. p. 811. nennt *Theodorum Herxonium.*

GEORGIUS HESERUS, natione Germanus, patria Vveyrenſis in Auſtria Superiori, Paſſavienſis diœceſis, natus An. ſeculi currentis nono, Deo ſe in ſocietate dicavit 1625. in Germania Superiori, & votorum 4. profeſſionem emiſit. Docuit in ea Poëſin, Rhetoricam, Dialecticam, Controverſias de Fide, & 13. annis Eccleſiaſten egit, ſuperſtes hodie in Collegio Monachienſi. Edidit hactenus latinè

Pſalmos Davidicos juxta ſenſum litteralem explanatos. Ingolſtadii, typis Academicis 1654. in 8.

Pſalmos

Psalmos eosdem 150. Argumentis, & Commentariis illustratos Tomis II. quorum prior jam prodiit Monachii 1673. in fol. Secundus sub prælo est. *Sotvvell* in Biblioth. Jesuit. p. 290.

M. HENRICI HESHUSII Harmonia Psalmorum Catechetica in 60. Predigten (Stetin. 1653. in 4t.) dient zu unserm Zweck nicht / weil es mehr auf den Catechißmum gerichtet / oder wie der Titel lautet: Wegweiser wie man aus dem Catechißmo und Psalmen Davids gleichförmige Andacht/Lehr/ Trost und Unterricht fassen solle. 2c.

D. TILEMANN HESHUSIUS aber hat den von meinem liebwerthesten Crenio exercit. III. de libris scriptorum optimis p. 9. so sehr recommendirten Commentarium in librum Psalmorum geschrieben / doch sind die gleich dazu gefügten Worte wol zu mercken: Nec spernenda hujus Heshusii Enarratio Psalmorum priorum XXXV. quæ Magdeburgæ exiit MDLXI. in 8t. nonnulla habens, quæ in superiore Helmstadiensi in fol. desidero. Die Dedication an den Sächsischen Fürsten Fridrich Wilhelm ist wol lesens werth / und wollen wir daraus einige flosculos communiciren / damit wir desto begieriger die H. Psalmen mögen zu Hertzen fassen / weil sie der liebe Mann mit so grosser Freudigkeit seiner Seelen recommendiret. Gleich in den ersten Zeilen schreibt er: Immortales ago gratias toto pectore & æterno & omnipotenti Deo, patri Domini nostri JEsu Christi cum pro omnibus aliis innumeris ejus beneficiis, tum pro hoc insigni & præclaro, quod per Spiri-

Spiritum ſuum ſanctum Eccleſiæ ſuæ dedit librum Pſalmorum: ejusque veram interpretationem adhæc usque tempora conſervavit: Uſum quoque Pſalmorum ſanctis ſuis monſtravit: Et me ſervum ſuum tanti boni fecit participem. Fateor enim, me nulla oratione exponere imò ne cogitatione quidem aſſequi poſſe, quantum debeam Pſalmis Davidis, quam copioſum fructum ex hoc libro perceperim: Ridebunt me, non dubito, homines voluptatibus ebrii & ſecuri, & ſpiritualium exercitiorum ignari, quod tanti faciam verſiculos illos Pſaſmorum, & bonam vitæ partem illis explicandis inſumſerim: Me verò non pœnitet, hunc impendiſſe laborem: Imò gratulor mihi de hoc inſigni felicitate, quod licuit mihi in hoc ſtudio & pietatis exercitio verſari. Quoties cogito, quàm admirabiliter me recrearit DEus in multis & magnis meis ærumnis & perſecutionibus ſententiis Pſalmorum, verba non reperio, quibus pro deſiderio animi mei celebrem miſericordiam & bonitatem Dei erga me. Quoties conſcientia mea turbatur conſpectu & conſideratione peccatorum meorum: ut grandia mea peccata agnoſco, & deploro: Et verſum illum cum omnibus fidelibus ex animo ſono: Ante tuos oculos nil niſi culpa ſumus, præſentiſſima mihi remedia ſuppeditat Pſalmorum liber, immenſam & inexhauſtam DEi miſericordiam tanquam in imagine pingens ab oculos: Non ſecundam peccata noſtra fecit nobis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis: Quemadmodum pater

pater miſeretur liberorum. Sic Dominus miſeretur timentium ſe. Hunc ingentem theſaurum omnibus opibus totius mundi antepono. Cumulent alii opes: quærant potentiam: ſtudeant ambitioni: emineant in populo: fruantur magna felicitate, hæc mea eſt conſolatio, gloria, felicitas: hic meus eſt theſaurus, quod Pſalmi teſtantur: Univerſas vias Domini eſſe miſericordiam & veritatem cuſtodientibus teſtamentum ejus, & teſtimonia ejus: Quod Dominus eſt miſerator & miſericors, tardus ad iram, & multum miſericors. Ut non contemno ſeverum DEi judicium adverſus peccatum, ſed ſingulis diebus expaveſco ad ejus graviſſimas comminationes, & totius mundi exempla cum pavore aſpicio; ita ingenti perfundor lætitia, cum Pſalmi me certum reddunt, apud Dominum eſſe miſericordiam & copioſam redemptionem: Et ipſe redimet Iſraelem ex omnibus iniquitatibus ejus. O immenſam conſolationem, quæ terrores mortis vincit: quæ tranquillam reddit conſcientiam, quæ nos perfundit lætitia cœleſti: quæ etiam in agone mortis jubet nos præſenti eſſe animo. — — Coram Deo loquor, in conſpectu Angelorum, omnibus regnis, omnibus opibus, omnibus commodis totius mundi antepono vel unicum hunc verſiculum Pſalmi: Quoniam ſicut altius eſt cælum ſuper terram: ſic prævalere fecit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras. — — Si ſcire cupis, num certa

ſit

ſit tibi ſpes vitæ æternæ, Pſalmos lege, Pſalmos repete, Pſalmos dies noctesque meditare, Pſalmis utere in tuis ad Deum precibus, examina te ipſum juxta Pſalmorum doctrinam, ſint tibi Pſalmi adeo familiariter noti, ac ſi à te ipſo facti & compoſiti eſſent, Pſalmorum verbis & cor tuum effunde coram Deo, & pete à Deo auxilium, & celebra ipſius immenſam & inexhauſtam bonitatem, & compone te ad patientiam, & te erige in ærumnis, & luctando adverſus dubitationes, & reprimendo aſtus & tumultus carnis, & te ſubjiciendo voluntati Dei ſanctiſſimæ, & fortiter atque conſtanter expectando Dei indubitatum auxilium, imitare & ſanctos omnes, qui te exemplo ſuo præiverunt & imprimis ipſum unigenitum Dei filium Jeſum Chriſtum, totius Eccleſiæ conditorem, authorem, Redemptorem & gubernatorem. Cum Pſalmi tibi placent, te recreant, fidem tuam confirmant, in ærumnis te ſuſtentant, ardentes gemitus in te excitant, lætitia te perfundunt, in lucta te corroborant; Dei Patris clementem voluntatem tibi patefaciunt, auxilium Dei patienter te expectare hortantur. Jam puta te in cœlo verſari, in ſinu Dei jacere, cum ipſo Dei filio Jeſu Chriſto ſedentem ad dexteram Dei, cum omnibus electis angelis & hominibus verſari, qui omnes jubent te præſenti & læto eſſe animo, & conſtanter pergere in ſuſcepto certamine, & veluti manus tibi porrigunt; ut tandem omnibus tentationibusq́; ſuperactis, victor glorioſus ad cœleſtem beatitudinem aſcendas. O immenſum

theſau-

thesaurum, quem Deus dignatus est suæ largiri Ecclesiæ! o ingens bonum, quod longe superat totius mundi & omnium regnorum opes, splendorem & gloriam! o inexhaustum fontem sapientiæ, doctrinæ consolationum, consiliorum, exhortationum & admonitionum. Nullis verbis, nulla oratione satis prædicari potest hoc ingens bonum, quo Deus Ecclesiam suam affecit, Psalmos largiendo: & in hanc usque horam conservando: & eorum usum nobis monstrando. Etsi omnia tenuiora & aridiora sunt, quæcunque ad Psalmorum commendationem dicimus: præstat tamen aliquid dicere, quàm prorsus silere. Tibi ergo æterne, vive & Sancte Deus Pater Domini nostri Jesu Christi gratias ago, quantas animo meo concipere possum, cum pro omnibus tuis spiritualibus & corporalibus beneficiis, quæ in nos quotidie confers, quæ numero superant arenam maris, & stellas in cœlo; tum pro hoc excellenti tuo dono, quod Ecclesiæ tuæ & nobis dedisti Psalmos suavissimos, plenos doctrina, refertos consolationibus, thesaurum incomparabilem, fontem vitæ uberrimum, remedia præsentissima adversus omnis generis morbos, lumen totius vitæ, antidotum contra tentationes sævissimas, consilia sapientissima in omni difficultate, regulam perfectissimam omnium officiorum.

Æterne vive & Sancte Deus, clementissime & liberalissime Pater, serva nobis hoc donum tuum cœleste, excellens & nobilissimum, da nobis intellectum dulcissimorum Psalmorum, monstra no-

bis usum eorum in omni nostra vita, illumina & accende nostros animos, ut semper hunc thesaurum plurimi faciamus, iis nos oblectemus, ex ipsis consolationes petamus, iis nos in omni adversitate sustentemus, totam nostram vitam juxta Psalmorum doctrinam conformemus. Et in ipso mortis agone dulcissimis Psalmorum sententiis & mortis terrores vincamus: & vitam percipiamus æternam, non dubito quin omnes verè pii quibus cordi est religio, & qui serio expetunt æternam felicitatem idem mecum precentur. In den nachfolgenden lobt Heshusius nicht allein gedachten Fürstens seel. Herrn Vater/als ein Muster aller Fürsten / und stellt sein Leben dem Sohn zum lebendigen Exempel der nöthigen Nachfolge vor/ dergleichen ungemeine Lobsprüche selten zu lesen; sondern fähret auch in der Præfation fort/alles/ was die Psalmen zu recommendiren vermögend ist/aufs nachdrücklichste an und auszuführen.

Dieses Heshusii Leben finden wir kürtzlich beschrieben in D. Fechts apparatu ad Epist. Theolog. p. 89.

Natus Vesaliæ ad Rhenum 1526.

Literis imbutus cum variis in locis variis muneribus perfunctus fuisset, utpote Goslariæ, Rostochii, Magdeburgi, Jenæ, Neoburgi, Heidelbergæ Ecclesiæ Pastor & Academiæ Professor constituitur. Orta inter ipsum & Wilh. Clebitium de Sacramento Cœnæ dissensione, requisita Melanchthonis sententia, tandem ab Electore dimittitur 1559.

Vesa-

Vesaliæ docens à Pontificiis ejicitur. vid. Ep. 62. Part. III. 1564.

Fit Aulicus concionator Wolfgangi Ducis Bipontini 1565.

Postea & Jenæ & Regiomonte docet, ortoque inter ipsum & Wigandum dissidio, cedere coactus Helmstadium evocatur 1576.

Quedlinburgensi colloquio ex parte Brunsvicensium interest 1583.

Multis contra Calvinianos aliosque polemicis scriptis clarus finem vivendi facit 15. Sept. 1588.

Cui succedit Dan. Hoffmannus.

Vir fuit excellenti, sed vehementiori & inquieto ingenio, quem *Wolfg. Köterizius*, Ep. XCI. Par. III. vocat einen vortrefflichen Mann in dem Predigen/ Schreiben und Reden; Sed alibi nimium animi fervorem non dissimulat. Quare de eò rectè *Sim. Sulzerus*, Ep. XXXVI. Part. IV. judicat: *Optandum esset, ut Hesshusii Zelus intempestivus spiritu mansuetudinis temperaretur, & magis accommodarentur, quæ habet vir ille, illustria dona ad Ecclesiæ ædificationem.* Quas ille post editam & ubique receptam, immò à se quoque subscriptam, Concordiæ Formulam turbas moverit, Hutteri Concordia Concors uberrimè edocet. Ein mehrers ist von ihm und seinen Schrifften zu finden in *Zeumeri* Vitis Professſ. Jenensſ. p. 76. (Edit. verò recentioris A. 1711. in 8. p. 73.) *Gottfridi* Historischen Chronic. p. 1047. *D. Dorschei* Apologia Judicii Theolog. p. 40. *Joh. Olearii* Disp. de Clericorum subject. pag. ult. *Actis* Colloq. Montisbelligart. p. 247.

Quem p. m. Dn. *D. Reinhard Bakius* Comment. part. 2. in Psal. 84. p. 318. Theologum egregium & Zelo Dei pleniss. vocat; & qui teste Dn. *D. Joh. Micrælio*, in Syntagm. Hist. Eccl. omn. lib. 3. sect. 2. p. 757. ob religionis Controversias variis exiliis agitatus. *Joh. Burius* in Motiv. p. 188.

Von HIERONYMI Commentariis in Psalmos ist wol zu mercken / was der grosse Criticus, *Erasmus*, in dedic. Libri *Basilii M.* de Spiritu Sancto, *Johanni Dantisco*, Episcopo Culmensi, (vide *Basilii M.* Opera curâ *Andreæ Schotti* & *Frontonis Ducæi*, Jesuitarum, Antwerp. A. 1616. in fol. p. 226.) non sine stomacho erinnert: Sceleratissimum contaminandi genus est egregiorum virorum clarissimis purpuris suos pannos intexere, aut ut melius dicam, generosa illorum vina suis vasis corrumpere, quod in Divi Hieronymi Commentariis, quibus enarrat Psalmos, intolerabili Sacrilegio factum esse, clarius est, quàm ut negari possit.

Commentarii in Psalmos sub nomine Hieronymi citantur à Lensæo in lib. de limbo pro *limbo Patrum*; à Bellarmino libr. 4. de amiss. grat. cap. 15. *pro immaculata Virginis conceptione*, à Tallepied. collat. 4. doctorum art. 11. pro *sacrificio Missæ*. Sed Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. in verbo *Hieronymus*, aliquot argumentis confirmat, commentarios hos non esse Hieronymi: *Primum quod Autor hic posthabito Historiæ sensu in solis allegoriis ac tropologicis expositionibus versatur, nullâ usus editionum varietate, Græcam deinde & Hebraicam eruditionem, quam in omnibus exegematicis afferre solet*

solet Hieronymus, nullam habet. Multa quoque scripsit cum Hieronymianis placitis è diametro pugnantia &c. His accedit, quod ineptiâ sermonis, battologiis & solecismis ab Hieronymiana tam phrasi, quam scribendi genere abhorret. Idem statuunt Erasmus tom. 1. oper. in Censſ. Bruno *Amerbachius* tom. 8. oper. Hieron. Melchior *Canus* lib. 2. Locorum cap. 14. *Lindanus* in Epistola ad Schultingum, teste *Schultingo* in Confessione Hieronymiana. Episcopus Amerinus Marianus *Victorius*, (von dem wir aber in dem folgenden das Gegentheil vernehmen/) nec sine ratione ita statuunt. In explicatione Psal. 16. citatur *Eucharius*, qui multis annis Hieronymo fuit posterior, nec illius fit mentio in catalogo Hieronymi; Hieronymus in Apol. 1. contra Ruffinum dicit, *se commentariolos in Psalmos conscripsisse.* Autor autem horum commentariorum in quorundam Psalmorum explicatione, longissimas disputationes vel cohortationes jungit, ut patet ex comment. Ps. 81. 86. 132. 133. qui sunt Psalmi brevissimi, & habent commentaria fusissima. *D. Gerhard.* Conf. Cathol. L. I. P. II. c. 13. p. 659.

Lorini Gedancken Tom. I. Comment. in Psalm. p. 11. sind diese: Marianus Victorinus, qui opera illius emendatiora edi curavit, præfatione ad Tomum VII. contendit, quem in eundem conjecit Tomum, Psalmorum Commentarium, Hieronymi genuinum opus esse, quamvis diverso stylo sit conscriptus, quia non ipsemet illum ediderit, sed alius ex dicentis ejus & homilias familiariter

ad Monachos habentis ore, in Bethlehem, collegerit, quo ipſo in loco degiſſe ſe hic idem Auctor ſatis indicat in expoſitione Pſalmi nonageſimi quinti. Hac ratione moveri ſe maximè, ſcribit Victorius, quod ſcilicet vixiſſe ſe Auctor ſignificet in Bethlehem: & ex modo dicendi per homiliam, ſatisfacere ſe credit argumentis, quæ contra objiciuntur de phraſi contemptiore & ſordidiore, de humiliore tractandi ratione, ſecundum ſenſus potius myſticos, quam literales, adde de editione quam ſæpe ſequitur: nec ea quæ revera Hieronymi, nec illa, quam ipſe correxit ex LXX. & de aliis hujus generis nonnullis, quæ à Sixto Senenſi (*L. 4. Biblioth.*) afferuntur, & ab Eraſmo.

Hieronymum non eſſe, qui Hieronymi nomine circumfertur Auctor Commentariorum in Pſalmos, Conſalvus (*in Theophanis epiſt. 3. n. 10.*) Ponce de Leon ſatis præ ſe fert. Negant præter iſtos alii à Hieronymo ſcriptam enarrationem illam, quæ libris ejus nunc inſeritur, ut Bruno Amerbachius l. c. Pererius (*in Pſal. 4. Pœnit. manuſcript.*) dubitat, in negantem potius propendens partem, Matthias Bredembachius (*in Pſ. 54.*) Lucas Brugenſis (*notat. in Pſ. 55.*) Martinus à Carcere (*in Pſ. 44. v. 9.*) Hier. Varlenius (*in Pſ. 63.*) & Pium V. imperaſſe teſtatur Victorius, inter Hieronymi opera dubia collocari. Idem videtur mihi, tum etiam propter nonnulla ex argumentis, quæ colligit Marianus, nec ſatis, meo judicio, ſatisfecit illis, ſicut nec Ricardus (*Præfat. in Lombardi in Pſalterium*) Cenomanus, qui eſt

in

in oppoſita ſententia cum illa, quod in CXXII. dicat, ſe unum fratrem habuiſſe, eumque ſecularem, cum Paulinianus frater Hieronymi presbyter fuerit, &c. tum præterea, quoniam teſtimonia ex Commentario Hieronymi in Pſalmos citata à Patribus, vel Conciliis, in hoc non extant, aut non eo modo, quo citantur, ut conjectura ſit, quisquis eum confecit, ex Hieronymi, & quorundam aliorum ſcriptis contexuiſſe, ut ex Ambroſii & Hilarii, quantum quidem ipſe deprehendiſſe video: quamvis Ribera (*in Zachar. c. 9. num. 48.*) aſſerat, etiam ex Origine, citans ut verum Hieronymum. In Concilio Pariſienſi tertio (*t. l. 1. cap. ult.*) quod ex Hieronymi Commentario producitur in Pſalmum decimum quartum, omnino non reperitur: quod Gregorius (*in Pſ. 4. Pœnit.*) & Remigius ex Pſalmi quinquageſimi enarratione recitant, pluribus referunt verbis, quam ſint in putato Hieronymo: ſicut & quod *Auguſtinus* (*epiſt. 11.*) ex ea, quæ eſt in Pſalmum nonageſimum tertium. Id quoque quod Bruno Carthuſianus refert ſub finem Pſalmi LXXI. ex Hieronymo, in hoc ita, ut refert, non extat. *Beda* in Pſalmum LXXIII. ait ſcripſiſſe Hieronymum contra Chaldæos; Caſſiodorum contra Romanos, qui nomen habet Hieronymi, utramque ſententiam ſequitur. Quod plane convincit aſſumentum eſſe, non integrum Hieronymianum, ut ita dicam, pannum. Idem cenſeo de Caſſiodoro in eundem illum Pſalmum quinquageſimum, ubi è contrario, dum Hieronymi meminit, innuit profecto,

plura in vero ipsius Commentario fuisse: quam quæ modo sunt in pseudo - Hieronymo. Nam affirmat luculenter, & breviter de Trinitate disseruisse: cum tamen præcisis tantum verbis ibi dicatur Spiritum principalem esse Patrem, Spiritum rectum, Filium, Spiritum Sanctum, ipsum Spiritum Sanctum.

Rationes Victorii, & Ricardi nihil aliud profecto persuadent, nisi antiquitatem ejus, qui Hieronymi nomine circumfertur (vixisse namque se significat, in Psalmum centesimum octavum, quadringentesimo Christi anno) & coacervatam ex aliis eruditionem. Quanquam quod ait Victorius, Rapsodum istum significare in Psalmum nonagesimum quintum, se in Bethlehem vixisse, equidem non consentio, cum solum doceat felicem esse, qui habeat illam in corde, quemadmodum & qui portet in pectore crucem, resurrectionem, locum nativitatis CHRISTI, & locum ascensionis: neque in Psalmum centesimum decimum nonum extat verbum ullum, quo insinuet se fuisse in Jerusalem, sicut asseritur ab eodem Victorio. Ex quo tametsi concederetur, nihil necessario efficeretur: fierique potest, ut per imprudentiam, cum cæteris collegerit is, quod minus ad rem erat, videlicet ætatem, quam verus de se HIERONYMUS exprimebat. Ipsemet HIERONYMUS in Catalogo prodit se in Psalmos edidisse à decimo usque ad decimum sextum tractatus septem: extant item explanationes per Epistolas editæ Psalmi (*epist.* 140.) quadragesimi quarti, octo-

octogesimi noni (*epist. 139.*) centesimi vigesimi sexti (*epist. 141.*) meminit etiam, Psalterium à se totum expositum esse (*in c. 3. Habacuc & in Proœ. in Malach. l. 1. con. Ruffin.*) Commentariolis (*cont. Ruffin.*) quibusdam: quæ videntur, illa esse, quæ circumferuntur, intellexisse Joannes de Polemar (*Tract. de civili Domino cleric.*) quando recitans Hieronymi testimonium, quod extat in Psalmum VIII. appellat minus breviarium illius: sed & in Isaiam (*in cap. 63.*) de titulis 8. & 83. Psalmi, qui habent torcularia, dicturum se pollicetur; quod tamen in Commentario, qui nunc extat, minime fieri videmus.

Porro cum in eodem Catalogo recensere se dicat, quæ usque ad THEODOSII annum decimum quartum scripsisset, non video cur vel BARONIUS (*Tom. 5. Annal.*) obitum illius in anno ponat THEODOSII decimo tertio, vel Suffridus Petri ad Caput ultimum Catalogi ejusdem apponat in margine notam numeri anni Domini quadringentesimi decimi, cum esset quadringentesimus vigesimus: nam si dicas, hunc non de ultimo, sed de annis præcedentibus, intelligere, quibus libros ibi enumeratos composuerit, quidam ex iis etiam ante id tempus jam compositi erant. Sed hæc ad rem præsentem parum faciunt.

Seb. Münsterus in Bibl. Critic. Tom. I. præf. lit. a. 3. schreibt: Non tibi mirum videri debet, Lector, si dixero *Hieronymi* translationem in universum interiisse, præter unum Ecclesiasten & Psalterium, qui suo ævo tot habuit æmulos, &

extincto uno exemplari facilè tunc fieri potuit, ut universus ejus perierit labor, id quod multis ejus commentariis quoque accidisse nemo non novit, qui Hieronymum legit, qui tamen tot æmulos non leguntur habuisse. Sed de hac re aliorum quoque cupio audire judicium.

Unter meinen wenigen Vorrath finde diese dem Hieronymo zugeeignete Arbeit auf Regal-Pergament sehr nett und sauber A. 1410. geschrieben/ nebst einem Kirchen-Calender im Anfang / und zu Ende ein vollständiges Missale, dergleichen ist auch zu Oxfurt zusehen / in Codd. MSC. collegii novi vide *Bernardi* MSC. Anglic. P. II. p. 31. n. 999.

Item unter den Codd. MSC. *Guil. Laudi* T. I. P. I. p. 60. n. 878. p. 61. n. 907. p. 62. n. 994. B. Hieronymi glossa super Psalmos (imperf.) &c. P. II. p. 14. n. 492. und andern Orten mehr.

Commentarii in Psalmos prolixiores ac eruditissimi, in multis Bibliothecis MSC. extant, teste Turriano Apolog. pro Epist. Pontif. l. 2. c. 6. *Cave* l. c. p. 157. und bald darauf:

Commentarii in omnes Psalmos, à plurimis, iisque incertis Autoribus conscripti: in quibus tamen plurima verè Hieronymiana inesse dubitari nequit. Enarrationi enim Psalmi XCIII. (ut alia argumenta taceam) totidem verbis inseritur fragmentum Hieronymianæ Expositionis ab Augustino in Epist. ad Fortunat. citatum: quin & in expositione Psalmi L. referuntur verba Hieronymi allegata à Gregorio M. in Explanat. quarti Psalmi Pænitent. Genuinum esse Hieronymi opus

quam

quam plurimis argumentis probare enixè contendit Marianus Victorius, qui argumenta è contra allata diluere ſatagit; verum in ſolvendis iis argumentis res adeò infeliciter ei ceſſit, ut operam luſiſſe videatur. conf. *Rivati* Critic S. L. IV. c. 5. pag. 399. *Fab. Juſtiniani* Comment. de S. Script. p. 404. *Ang. Rocchæ* Biblioth. Theol. p. 105. & Præf. *Placi* in hunc Comment. Item Brunonis Amerbachii Tom. VIII. Opp. Hieron. Baſel. 1553. in fol. vorhin allegirte Worte ſind dieſe:

Hic octavus Tomus, commentarios Davidicorum pſalmorum complectitur, qui tametſi non omnino vacant eruditione, divo tamen Hieronymo hactenus ſunt falſo inſcripti. Quod in præſentia certis argumentis oſtendere, non duximus operæ precium: quando hoc in Hieronymianarum lucubrationum cenſura, quam in operis frontiſpicio locavimus, egit *Eraſmus* noſter *Roterodamus*, qui vir, ut ob incomparabilem eruditionem meretur cum priſcis illis literarum heroibus conferri, ita in dijudicandis autorum ſcriptis, abſit invidia dicto, omnium eſt quos ætas noſtra habet, primus. Quin præter hos commentarios, alios quosdam offendimus in pſalmos Hieronymi nomine, ſed planè ſimilis farinæ, quos, quod iisdem nonnunquam verbis eadem complectebantur, adjicere non placuit, ne doctum lectorem aliis ſuper alias nugis gravaremus, alioqui plus ſatis ejusmodi centonibus etiam præter voluntatem noſtram oneratum. Enarrationes quo-

rundam psalmorum, quas esse Hieronymi certum est, in ultimo epistolarum Tomo reperies.

Plurimum laborem Hieronymus S. Scripturæ partim de novo vertendæ, partim emendandæ impendit. Juvenis adhuc totum vetus Testamentum cum Græcis Hexaplorum Codicibus collatum emendavit, additis, ubicunque aliquid mutaret, notis & asteriscis. Quosdam etiam Libros & in his Psalmos è Græco accurate convertit. Verum ista versio dudum periit; quin & Psalterium postea Latinum à Damasco rogatus ex Lucian: τῶν 70. editionibus correxit, quod ab eo correctum, à Romana Ecclesia statim usurpari cœpit, & in Bibliis vulgatis hodienum extat &c. *Dav. Czvittingeri* Spec. Hung. lit. p. 176.

Joh. Bochius l. c. p. 810. giebt diese Nachricht davon: Psalterii opus latinum, juxta Joannem *Driedonem* lib. 2. de Catalogo S. Scripturæ 1. quadruplex est: Vetus, Romanum, Gallicum, & quartum secundum hebraicam veritatem. Psalterium vetus propterea dicitur, quod eo utebatur Ecclesia ante editiones à D. Hieronymo, Romæ castigatum Ecclesia Romana in usum suscepit, ut ipse testatur in Prologo; Gallicum, quod idem Hieronymus ad preces Paulæ & Eustochii secundò correxit, quod & Ecclesia Gallicana in usum recepit: quo & in hodiernum usque diem nostra præsens utitur Ecclesia. Hanc geminam correctionem habes in ejusdem Hieronymi præfatione, cujus initium: Psalterium Romæ dudum, &c. Hebraicum verò est, quod ipse ad Sophronii preces

ces ex Hebræo in Latinum, nulla intercedente lingua media, tranſtulit, quod Eccleſia in ſuum uſum non recepit.

In Hieronymi Pſalterio ſcriptum eſt: *Chari mei & amici mei, quaſi contra lepram meam ſteterunt, & vicini mei longe ſteterunt.* Et ut crediderim mendoſe pro: plagam, incuria librariorum, ante typos inventos. Neque enim ignoraſſe crediderim, tantum ac talem ſanctiſſimum Doctorem & interpretem, qui perquam ſcite & peritè ſcribere ſolet: nec lepra nec alio morbo Servatorem noſtrum laboraſſe, ut Dominum decebat, qui vita erat, & aliorum ægrotationes ſanabat, atque medebatur. Nec fugiſſe eum, non נגע Hebræis lepram nuncupari, ſed צרעת, frequenti nomine in Lev. נגע צרעת: quod Græcè vertentes, reddiderunt, ἁφὴ λέπρας, tactus lepræ: nos πληγὴ τῆς λέπρας, plaga lepræ vertimus.

Quod omne dicere debemus, ut ſapienti excuſatione, non modo probabili, graviſſimis D. Hieronymi monumentis faveamus, ac Græcam translationem ſuſtentemus. *Tuccius* in Cantic. p. 247. conf. p. 24.

Hier fehlt aber Tuccius, indem er Hieronymi Fehler zeigen/ jedoch bedecken wil. Allerdings heiſt lepra נגע eine Plage (plaga) faſt viertzig mal Lev. XIII. und XIV. wie er hernach ſelbſt nicht in Abrede ſeyn kan. Daß aber David in der Perſon des Meſſiä allhie in den Pſ. 38. rede/ muß Tuccius erſt beweiſen. Leproſum Chriſtum Jeſ. LIII. vocari (non proprio ſed in allegorico ſenſu) oſtenderunt

derunt

derunt interpretes. Vide de hac quæstione: *An Christus fuerit leprosus, aut ægrotaverit unquam?* Commentatores in Thomæ P. III. q. 14. Corn. à Lapide in Jeſ. l. c. è noſtris paucis attigerunt illam B. *Brochmannus* de Chriſto c. 3. ſect. 5. D. *Dannhauer* Chriſtoſoph. ſect. I. art. I. adde L. *Thilonis* Medull. Theolog. p. 936.

Noviſſimam operum HILARII Pictavorum Epiſcopi editionem doctiſſimis Monachis ordinis S. Benedicti è congregatione S. Mauri debemus. (Anno 1693. in fol. Pariſ.) In ea primum locum *commentarii* in quosdam *Pſalmos* (quem Joh. Solidus Cracovius hortante *Jacobo Fabro* Stapulenſi primus è tenebris eruit,) occupant, etſi eos poſtremis vitæ annis à ſanctiſſimo Præſule ſcriptos exiſtiment. Accedit autem in hac editione nunc primum tractatus de titulo pſalmi 9. item tractatus de titulo pſalmi 91. Præterea tractatum in pſalmum 13. qui in antiquioribus editionibus plane omiſſus, in reliquis mutilatus eſt, Benedictini nunc integrum ediderunt. De commentariis in pſalmos 126. 127. 128. 129. & 130. obſervant, quod, etſi a *Raphaele Bagam* Zenoni Veronenſi aſſerantur, & inter ejus opera legantur, ſtylus tamen magis ad Hilarium accedat; ut alia argumenta, quibus Hilario commentarios illos vindicant, taceamus. *Acta Erudit.* ſupplem. Tom. III. ſect. 2. p. 49. Weil er alſo nicht über den gantzen Pſalm geſchrieben / ſo wollen wir nur einige judicia über dieſe Arbeit communiciren: Scripſit Commentaria in aliquot Pſalmos, ſed illa ad verbum dicitur

trans-

transtuliſſe ex Origene, & ſi hiſtoriæ hoc non dicerent, tamen res ipſa ſatis oſtendit. Cum ipſe Hebræi ſemonis ignarus eſſet, & Græcarum literarum vir quandam tenuem auram accepiſſet, uſus eſt opera Heliodori presbyteri, ſibi amiciſſimi Græcè docti, petens ab eo, quæ in Origenis lectione intelligere non valebat. Verum cum Heliodorus Ebrææ linguæ eſſet expers, & nonnunquam Græcorum verborum ambigua ſignificatione falleretur, in cauſa fuit, ut Hilarius errorem ejus ſecutus, in aliquibus Pſalmorum locis longè à puro ac germano literæ ſenſu expoſitiones ſuas ad allegoricos & anagogicos ſenſus detorſerit. Stylus ejus tam in Pſalterii, quam in Matthæi commentariis eſt absque ulla artis affectatione preſſus, ſolidus, interdum ſubobſcurus, ſed ab omni tumore faſtuque alienus, tametſi diverſum ſentire viſus ſit Hieronymus, qui ad Paulinum ſcribens, Hilarius, inquit, Gallicano cothurno attollitur, & cum Græciæ floribus adornatur, longis interdum periodis involvitur, & ob id à ſimplicium fratrum lectione procul eſt. &c. *Sixt. Sen.* Bibl. S. p. 248.

Hilarius Pictavienſis Epiſcopus Pſalmorum interpretationem & Homilias in Job ſcribens, è Græcis Origenis libris quadraginta fermè millia verſuum ſic tranſtulit in ſuos Latinè, ut ſenſuum magis, quàm verborum curam habens, non nulla etiam de ſuo addens non Interpres alieni, ſed Autor ſui operis (diſſimulato conſtanter Origenis nomine) habere voluerit. Eo fortaſſe conſilio,

ſilio, ut Origeniani nominis invidiam evitaret. Quo pacto excuſatum eum habere cum Eraſmo poſſumus. Thomaſius de Plagio num. 466.

Hoſce Commentarios pariter *ac Librum de Synodis* ſe Hilario apud Treviros manu ſuâ deſcripſiſſe prodit *Hieronymus*. Ep. ad Flor. Tom. I. p. 153. *Cave* Hiſt. lit. p. 117.

Was Hilarius in dieſen Commentariis von den Hebräiſchen Texte / von denen Satzungen und Gebräuchen derer Jüden einmiſchet / iſt alles aus dem Origene genommen / den man faſt Bibliothecam Patrum nennen könte. Hilarius aber hat es nicht allemal recht an den Mann zu bringen gewuſt / weil er in der Criticâ ſacrâ nicht geübet war. Welches denn in genere von andern mit kan gemercket werden / daß man nicht ſo wohl ſenſum literæ als Chriſtianæ Religionis veritatem, mehr applicationes literales bey ihnen antreffe. *Rich. Simon* in Hiſt. Crit. Vet. Teſt. per L. C. Rühl pag. 33.

HIPPOLYTUS, Irenæi diſcipulus teſte Photio, incertæ urbis Epiſcopus. (wie Hieronymus bey dem Sixto Senenſi Bibl. Sanct. L. IV. pag. 248. vorgiebt) Hinc nata ſequioris ſeculi ſcriptoribus aut conjectandi aut fabulandi materia. Zonaras An. Tom. 2. & Nicephorus Hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 31. Theor. Eccleſ. Auct. T. una cum Recentioribus ferè omnibus eum Portus Romani Epiſcopum eſſe volunt. Germanus CP. & Leontius Byzantius Act. 3. de ſectis, Romæ Epiſcopum fuiſſe innuunt. Oſtienſem Epiſcopum appellant Centuria-

turiatores Magdeburgenſes, Cent. 3. c. 10. Gelaſius Adverſ. Eutych. denique Epiſcopum Metropolis Arabiæ fuiſſe ſcribit. Verum inter omnes hac de re ſententias veriſimillima videtur nupera Cl. le Moyne Prolegom. ad varia Sacra, conjectura, Hippolytum fuiſſe Epiſcopum Portus Romani in Arabia, ἐμποϱίου τῆς Ἀϱαβίας à Ptolomæo vocati, ac poſtea Adanæ ſive Adenæ nomen, quod & hodie retinet, adepti, Romanis Mercatoribus perquam noti, & ab iis tunc temporis admodum frequentati. Hinc Romam vergente ætate veniſſe illum cenſeri poteſt, ibique demum mortuum & ſepultum eſſe. Claruit circa an. CCXX. Certe plures erant hoc ævo Hippolyti, aliusque à noſtro videtur Hippolytus ille Martyr, cujus paſſionem prolixiore hymno deſcribit Prudentius, Hymn. 11. Is enim inter ſchiſmati Novatiani aſſeclas Presbyter fuerat. Ille verò, de quo agimus, Origene familiariſſimè utebatur, eumq; imitatus, eoque ſæpius præſente homilias ad populum habuit, tantaque admiratione (narrante Photio loc. cit.) Origenes ſermones ſuſcepit, ut ad divinam ſcripturam commentario illuſtrandam hortando impulerit: additis ſuo ſumptu ſeptem Notariis, qui dictata celeriter acciperent, totidemque librariis, qui accurate deſcriberent. Ac proinde opus quodvis ab Origene elaboratum ſine remiſſione exigere ſolebat, ἐϱγοδιώκτης idcirco ab Origene dictus. Narrationi huic calculum apponere videtur Hieronymus, de Script. c. 61. Uterque tamen palam lapſus, dum quod Ambroſio

proprium erat, Hippolyto attribuant. Circa an. CCXXX. Martyrium obiisse dicitur Hippolytus: incerta tamen fama, nec enim improbabile est vitam eum ulterius produxisse. *Cave* in hist. lit. p. 49. (Edit. noviss. p. 62.)

Idem p. 50. In Psalmos scripsit Hippolytus teste Hieronymo. Ex iis multa habet Catena in Psalmos, quæ Codice MS. asservatur in Bibliotheca Medicea, cujus meminit Moynius Prolegom. ad Var. Sacr. Fragmenta bina exinde exhibet Theodoritus Inconfus. Dial. 11. Tom. IV. p. 89. 90. Primum ex Commentariis in Psalmum 11. secundum ex Comm. in Psalmum 23. Ex præfat. in Psalmos fragmentum dabit Al. *Morus* Not. in N.T. p. 167.

Hippolytus scripsit Exegesin in Psalmos. Ejus hypothesis apud me extat, schreibt der gelehrte *Th. Galeus* in der neusten Edition des *Cave* l. c. pag. 67.

Vir in divinis scripturis eruditissimus, & allegoriarum, quantum ex ejus fragmentis apparet, studiosissimus, scripsit in sacras scripturas multa, & penè incredibilia Græca volumina: ita ut Ambrosius ille, quem Hieronymus Εργοδιώκτην, hoc est, ad opus urgentem, appellat, exhortaretur, & quodammodo Origenem impelleret, ut ad Hippolyti imitationem in sanctas literas Commentaria scriberet, præbens ei chartas, membranas, & septem notarios, totidemque velocissimas in scribendo puellas, & librariorum parem numerum, cum sumptibus eorundem, exigens-

que

que ab eo quotidie novum opus. Unde effectum est, ut hi duo clarissimi viri generoso quodam certamine in editione librorum alter alterum totis viribus superare contenderent, dieses Lob gibt Ihm *Sixtus Senensis* l. c. In Scaligeranis II. hingegen p. 111. wird seiner nicht zum besten gedacht. Von der Ihme zu Ehren gesetzten Statua die man bey Rom A. 1551. gefunden / handelt mit mehrern Tenzelius in Monathl. Unterred. Anno 1693. p. 357. seq.

Was aber die Confusion gleicher Nahmen betrifft/davon sol in den Comment. über die Proverbia mit mehrern gehandelt werden.

GUILELMUS HIRSAUGIENSIS wird zwar von *Joh. Bochio* l. c. p. 808. und *Sixto Senensi* l. c. p. 313. unter die Commentatores in Psalm. gezehlet / p. 238. bekennet er aber selber / wie nicht weniger vorgedachter Bochius, daß dieser Autor hieher nicht gehöre / weil er nur de correctione Psalterii geschrieben habe.

Der Chur-Sächsische Ober-Hof-Prediger D. MATTHIAS HOE von HOENEGG hat sich auf unterschiedene Weise um Davids Psalmen verdient gemacht / denn da haben wir seinen besondern Fleiß zudancken (1) enarrationem Psalmi VIII. in quo Dei Creatoris & Jesu Christi majestas potissimum declaratur. Lipsiæ 1603. in 8. (2) Psalmum CX. de Jesu Christi exultatione luculenter disserentem, orthodoxè explicatum. Mulhus. 1604. in 8. (3) Psalmum XXII. explicatum Witteb. 1624. in 4. (4) Antichrists Be-

schreibung aus den 9ten und 10ten Psalm/ Leipzig in 4t. (5) Der Gerechten Art und Zustand aus den 1sten Psalm. (6) Predigten über den 83sten Psalm bey dem Convent der Evangelischen Chur-fürsten und Stände gehalten / Stetin 1631. in 4. Daß er aber literalem explicationem Ps. Dav. geschrieben / welches fast das Ansehen haben solte / als hätte er über den gantzen Psalter commentiret (wie *Lipenius* in Biblioth. Theol. P. II. p. 584. vorgibt) ist wol nicht erweißlich / und dazu macht dieses vorgeben beym Lipenio die Sache gleich verdächtig/daß diese explication nicht in Teutschland/ sondern zu Antwerpen und Cöln / (ja das sind die rechten Oerter zum Verlag Evangelischer Bücher/) in 8. A. 1630. und 1641. gedrucket worden.

HONORIUS, Augustodunensis Ecclesiæ presbyter, in divinis voluminibus assiduè versatus, & omnibus liberalibus artibus imbutus, scripsit Latio & eloquenti sermone, in Psalterium, librum 1. &c. Claruit sub Henrico V. Imperat. anno domini 1120. *Sixtus Senens.* l. c. pag. 249. Anno 1130. usque ad 1153. floruit, calculo & opinione *Labbei*, T. I. p. 473. qui reprehendit non tolerandum, ut vocat, errorem Bellarmini sui, adeoque & nostri, qui illius vestigia legit, B. *Gerhardi*, p. 590. aliorumque, ad ann. 1220. revocantium, & *Trithemium* pro se citantium, cum tamen hic añum 1120. diserte notarit. Condonasse autem hunc lapsum viris magnis lubens, vel non imputasse, si, quam facilis esset numerorum 1. & 2. trajectio, operibusque suismet haud

infre-

infrequens, secum cogitasse. Olearius in Abac. Patr. p. 218. seq. in edit. noviss. p. 345. *Bellarminus* aber gestehet in lib. de Script. Eccl. p. 196. daß ihm Trithemius viel Bücher zugeschrieben / die man heut zu Tag nimmer haben kan wie denn *Cave* des Honorii Arbeit in Psalmos wann er seiner in hist. lit. p. 459. (p. 576. edit. noviss.) Meldung thut / mit keinen Wort gedencket.

Daß D. HENRICUS HOEPFNERUS, Theol. Prof. zu Leipzig einen Commentarium in Psalmos geschrieben / erhellet aus *Witte* Memor. Theol. p. 496. und habe ich selber einen ziemlichen quart-Band in MSC. davon / darinnen aber / wie in dergleichen Schrifften öffters geschiehet / das meiste fehlet. Herr D. Mayer zu Gryphswalde hat A. 1705. darüber disputiret. Backius Comment. in Ps. p. 9. zehlet ihn unter die jenige / die über die Psalmen zwar commentiren wollen / das Werck aber wegen des unvermutheten Todes nicht vollenden können. Der gelehrte Crenius hält viel von diesem Theologo und seinen Schrifften / wie P. I. Animadv. Phil. p. 3. zuersehen: Incomparabilis *H. Höpfneri* Scripta vellem in attentiorem incidissent editorem, sic enim non tam multa prætermissa fuissent, ut in editione Lipsiensi factum, conf. D. *Gœzii* Lubec. Diss. de Spiritu S. p. 6. und in Ep. III. D. *Schulzii* de claris Marchicis pag. 27. schreibt er: Optavi mihi sæpius, saltem in dies aliquot tale B. *Chemnitii* Examinis Concilii Tridentini exemplum, quale Chemnitianorum Locorum se habere scribit in præfatione operum Parentis

rentis *Sam. Bened. Carpzov.* nimirum b. *Henr. Höpfneri* manu & notis ornatum, viſuro, numne loca ſcriptorum, à Chemnitio ſæpius prætermiſſa, & à me hactenus incaſſum quæſita, addiderit. Etſi in *Höpfnero* ipſo, quem ſolidiſſimum Lipſienſium Theologorum habeo, nonnulla reperio, quæ amplius doceri velim.

Idem *Crenius* in exercit. I. de libris ſcript. Opt. p. 30. Iteratam & ſolidam Defenſionem Pupillæ ſub nomine Theologorum Saxonicorum Lipſiæ annô M. DCXXX. in folio editam, & à b. Henrico Höpfnero (alii dicunt Hoë, vid. S. R. *Pippingii* epiſt. ad Crenium A. 1704. Lipſiæ editam,) conſcriptam optimum multi ferunt Höpfneri, vel Hoei librum eſſe, nec intercedo; adfirmo tamen, neminem de Juſtificatione melius ſcripſiſſe & doctius, addo & magis Höpfnero perſpicuè, conf. D. *Mayeri* Diſſert. ſelect. p. 433. Mehrere Lobſprüche ſind in ſeinen funeralien abſonderlich in *D. Ananiæ Weberi* oratione parentali, darinnen er Höpfnerum Angelicum Doctorem vorgeſtellet/ in groſſer Menge zu finden. *D. Joh. Höpfner*, Superint. Lipſ. hat ihm die Leich-Predigt gehalten über die Worte Cant. III. Ich fand Den/ den meine Seele liebet ꝛc. allwo zugleich ſein vortreffliches Buch Saxonia Evangelica nach Würden gelobet wird. Er ſtarb A. 1642. æt. A. ineunte 60. d. 10. Jun. an welchen ſich in einigen Orten das Waſſer in Blut verwandelte/ wie daſelbſt gemeldet wird.

Von Theophilo Aletheo cum notis Athanaſii

Vincentii in Polyg. triump. p. 224. uñ D. Zieglern in Clerico renit. præf. wird er geneñet Theologus acutissim⁹, von Dan. *Franco* in Disquis. de Indic. expurg. p. 19. φῶς κ̕ ὄμμα Theologorum Lipsiensium. D. Spener in der freudigen Gewissens-Frucht wider D. Schelwig p. 77. einen accuraten Theologum, der mit so grossem Fleiß die materie von der Rechtfertigung vor andern ausgeführet. D. *Mayer* in Dissert. de charact. hominis electi incomparabilem Theologum vocat, cujus Scripta ut omnia, ita cumprimis de justificatione commentationem summo, quo possumus studio, nostris commendamus. D. *Gerhardus* Theologum profundum, in D. *Gothofr. Cundisii* collegio Isag. II. p. 402. (der auch in dem Leich-Carmine Psalmos feliciter enucleatos rühmet/) D. *Gerhard Timus* in Ostens. summar. p. 48. Virum magnæ eruditionis. conf. *Ejusd.* Erhardum devium §. 39. Theologum nunquam sine laude nominandum. D. *Joh. Wilh. Baier* de efficacia Ministerii per homines malos administrati p. 26. D. *Gœzius* in Diss. de Centurione sub cruce Christi Præf. Doctrinæ solidioris vindicem. D. *Carpzov* P. I. der Trost- und Leichen-Sprüchen P. I. p. 1226. schreibt: accuratissimè omnia sua tradere solebat. Lumen & columen Acad. Lips. teste *Mengering* in Dedic. Scrutin. Consc. Catech. *Joh. Burio* in Motiven p. 203. der bey grossen Fürsten allezeit lieb und werth geachtete/ ja gantz unvergleichliche Theologus. L. Joh. Gottlob Stoltz im Recht Evangl. Fürsten contra Thomasium p. 53. Ich habe ein geschrie-

geschriebenes Collegium über Bosii Schediasma de comparanda notitia Script. Eccl. darinnen ich dieses Urtheil von ihm finde: Erat vir candidus & sincerus, dans operam, ut non tam ostentaret eruditionem, quàm ut multis prodesset, vivus multa scripsit, sed non edidit, und von seinem Commentario postumo in Psalmos heist es: Magna accuratione confectum est hoc opus. Weil er keine Kinder hinterlassen / so hat er seine stattliche Bibliothec (welche wegen damaliger Kriegs-Troublen nacher Hamburg salviret worden/) der Thomas Kirchen in Leipzig legiret / davon hochgedachten *D. Pippings* Arcana Bibliothecæ Thomanæ Lips. p. 318. seq. (in *J. A. Schmidii* Bibliothecis ac Archivis edit 1702. in 4.) mehrere Nachricht ertheilen. Cuius insignis doctrina viam & aditum ad honorifica munia & maxima gloriæ præconia ipsimet aperuit, — quamvis multum temporis lectionibus Academicis tum publicis tum privatis impendere necessum habuerit, πολύγραφος tamen fuit &c. *Christoph. Jacobus Blum* in Epist. ad D. Pipping de eruditis Lipsiæ natis p. 11.

Miræ probitatis & eruditionis, multisque integer à vitiis Theologis familiaribus Vir. *Crenius* P. XV. Animadv. Philol. p. 144.

Daß D. Ittig in Leipzig (wenn ihm GOtt das Leben länger gefristet hätte/) willens gewesen wäre Höpfneri Comment. in Psalmos zu ediren / bezeuget *Joh. Frid. Kern*, in Epist. Dissert. de vita & obitu D. Ittigii p. 59. Es ist aber hiebey zu wissen/ daß der seelige Mann nur biß auf den 86sten Psalm com-

commentiret / davon denn Herr D. Mayer in Præf. Dissert. Höpfnerianæ de actibus fidei justificantis p. 4. diese Nachricht ertheilet: Carpzovius & Manuscriptorum hæres, & genuinus Höpfneri, Præceptoremque exasse reddens discipulus, & enucleando Psalmorum libro communi Theologorum sententia successor, digna ea de re quæ hic legantur B. Viri ex Programmate ad Lectiones publ. invitatorio Dom. XII. Trinit. Anno 1646. verba judico: jubeor autem in manus sumere Psalmos Davidis, in quorum medio, & quod paululum excedit, subsistit celeberrimus & nobis omnibus notissimus Theologus, cum omnium luctu ante quadriennium ad meliora evocatus, Dn. *D. Henricus Höpfnerus*, Professor hujus Academiæ dignitate meritisque nulli secundus, Collegii Theologici Senior, Præceptor de me meritissimus, & in Christo Pater honorandus, cujus memoriam, ut nunquam absque honoris præfatione revoco, ita in æterna benedictione apud posteros fore non dubito. Et visum est Per-Reverendo & Amplissimo Collegio Theologico, mihi hanc operam demandare, ut quod B. Præceptor feliciter inchoaverat, ejus telam pertexere discipulus allaboraret, & exordiretur inde, ubi desiisset Præceptor. Significo igitur, me id, quod Dominis Theologis placuit, insecuturum esse pro viribus, & laborem hunc à Psalmo LXXXVI. in quo B. Præceptor finiit, ad diem Jovis proximum hora secunda Pomeridiana in Auditorio superiori Collegii Majoris Principium, exorsurum. Postquam

Commentarios in nonagesimum primum (quas tempori serviens extra ordinem prælegerat B. Höpfnerus) Psalmum ederet, præsentem, quam ex tenebris iterum in usus publicos protraho, Dissertationem subjunxit, illaque universam sibi puriorem obstrinxit Ecclesiam.

Hingegen berichtet D. Weber l. c. lit. F. 2. daß D. Höpfner in der Erklärung biß auf den 135sten Psalm Davids gekommen sey / und nennet diese Arbeit Commentarium eruditissimum & dignissimum, qui lucem aspiciat publicano. Jedoch haben wir D. Carpzovii Ausspruch mehr zu glauben / als der approbatione Facultatis Theol. Lipsiensis roboriret wird / mit welchem auch die Personalien bey seiner Leichpredigt eintreffen / nebst dem Zusatz / daß er den 85sten Psalm als publica deprecatione & oratione pro miseratione Dei in his calamitosis temporibus seine publicas Lectiones beschlossen / glaube also zuversichtlich / es sey bey D. Weber ein Druck-Fehler und das C statt L (CXXXV vor LXXXV) gesetzet worden. So schreibt auch *M. Joh. Frid. König* in ara gratitud. von diesem Commentario: Quod reconditum reserabat, quod proficuum explicabat publicitus Mystagogus noster, ut dexteritatem ejus admirarentur facilius alii, quàm imitarentur.

Absonderlich sind die Worte jetztgedachten D. Carpzovii aus seinem Leich-Carmine wohlzumercken:

O fatum omnibus plenum infelicibus! O mors
Prodigiosa choro, prodigiosa foro!

Scili-

Scilicet hanc mutata necem cum ſanguine ſtagna
Signavere, ipſâ, quâ morerere, die.
Juſtorum inſcribi libro, memoriq; tabellâ
Æratis ſculpi mors meret iſta ſtylis.
Orbe triumphato ſed vivis in æthere victor
Jam nunc, in terris victor & ipſe manes.
Ingenii hoc munumenta tui poſt fata loquentur
Laudibus ac dignis te tua ſcripta ferent:
Hæc revidenda, tuo mihi tradita Teſtamento,
Me publicare jubes, ſi publicare velim.
Iſta voluntatis cùm fecero juſſa ſupremæ
O utinam adſiſtat Spiritus ille tuus!
Spiritus ille, ſacros tot quo motore labores.
Ad finem duxti, nec malè ceſſit opus.

Magnus *Georg Weinrichius* & *Polyc. Lyſerus*, ſed utroq; major *Hæpfnerus*, qui ſi nihil poſt ſe reliquiſſet, præter aureos illos de juſtificatione & S. Cœna commentarios, ut reliquit plurima, immortalem certè nominis ſui famam apud omnes fuiſſet conſecutus, *Menkenius* in oratione ſeculari p. 9.

JOACHIMUS HOPPERUS hat gleichfals paraphraſin in Pſalmos Davidicos geſchrieben. Antwerp. A. 1591. 8. additis brevibus argumentis & explanationibus in V. Libros digeſta, cum libro de uſu & diviſione Pſalmorum. *Joh. Bochius* l. c. p. 811. ſchreibt: eleganti paraphraſi vulgatam lectionem cum Hebræa conciliavit. *Valerius Andreæ* l. c. p. 444. gibt uns von ſeinem Leben und Studiis dieſe Nachricht: Hopperus, Friſius, Sneçæ, antiqua Hopperorum familia, An. Dn. CIↃ

IↃ.XXIII.III. Idus Novembr. natus eſt. Puer linguæ utriusq; fundamenta jecit Snecæ in patria, & Harlemii apud Batavos. Philoſophiæ, maximè Platonicæ, & Juris prudentiæ operam dedit Lovanii, Præceptorem nactus Gabr. Mudæum, purioris Jurisprudentiæ lumen, Academiæ columen. Quo factum, ut, ſcribente Sebaſtiano Foxio, libro de ſtudii Philoſophici ratione, ob perfectam Philoſophiæ notitiam, quam habebat, non modo reliquos omnes Juris conſultos, quicumq; multis annis illam artem docuerant, in eaq; magna cum laude verſati erant, ſuperaret, ſed illa etiam, quæ nemo ante illum tentarat, aut fieri poſſe putarat, inveniret, perficeret, & ſumma cum omnium admiratione doceret. Luſtratis ergo Pariſienſi & Aurelianenſi Galliarum Academiis Lovæniam reverſus, An. cIↃ. IↃ. XLIX. XIII. Calend. Septembris titulum Juris conſulti, & quadriennio poſt Doctoratus inſignia accepit, docuitque magno audientium concurſu & fructu Digeſtorum, ut vocant, Paratitla, novâ methodo novam utilemq; juris artem proponens.

Fuit vero Hopperus, poſtquam ex umbra in lucem, ex ſchola in forum aulamq; prodiit, Regi Catholico in ſacro Conſiſtorio Mechlinienſi, ac ſecretiori, quod Bruxellæ reſidet, à conſiliis, ab eodemque poſtea An. D. cIↃ. IↃ. LXVI. in Hiſpaniam eſt evocatus, ut eſſet rerum ſtatus Germaniæ inferioris apud Regem Conſiliarius, & magni ejus ſigilli Præfectus; equeſtri ibidem honore & titulo auctus, nominatusq; Dalemii Toparcha.

Obiit

Obiit Mantuæ Carpetanorum, anno salutis partæ cIↄ. Iↄ. LXXVI. ætatis LIII. XVIII. Cal. Januarias, depositus in æde SS. Trinitati sacra. Plura de vita ejus *Suffridus Petrus*, Decade XII. script. Frif. cap. IX. p. 260.-305. Filios reliquit superstites, Georgium, Dalemii Toparcham, & sanctioris Senatus Assessorem, qui in patris Sedevardum præfatus est, & Cajum Antonium, ad D. Petrum Præpositum & Academiæ Cancellarium. Weil wir bey dieser Gelegenheit seines Sohnes erwehnt/ so müssen wir auch der seinetwegen entstandenen Confussion aus *Molleri* Homonymoscop. p. 12. und *Tenzelii* monathlichen Unterred. A. 1698. p. 926. gedencken: unicam addam adhuc Erroris hujusmodi, ex Biblioth. Vet. & Nova G. M. *Kœnigii*, exemplum, sed illustre. Memoratur in ista (p. 744.) *Sedvardus* ICtus, de jurisprudentia A. 1590. commentatus est. Non vero alius is est, quam Joach. Hopperi, Frisii, ex Antecessore Lovaniensi Protodicasterii Mechliniensis, supremi senatus Belgici Assessoris, Sedvardus, sive de vera & jurisprudentia Comentarius, in memoriam Sedvardi, filii sui primogeniti, fato imaturo exstincti, nomine illius proprio donatus, & Antwerpiæ initio A. 1590. typis Plantinianis, in fol. excusus, deindè vero A. 1656. Brunsvici, curante τῶ πάνυ Conringio, cum eximia illius de prudentia Nomothetica præfatione, recusus.

Daß Hopperus zu der heutigen üblichen *Systematischen* Lehr-Art *in jure* wahrscheinlich den Grund geleget / wil Thomasius behaupten im

summa-

summarischen Entwurff der Grund-Lehren p. 164. Aus vielen gesammleten Lobsprüchen / will nur dieses communiciren: Vir summus, & de quo merito sibi Frisia gratulatur. *Conring. in præfat. ad Tacit. de M. G. egit. 2da.* Debet merito magna esse Hopperi existimatio, utpote qui & in Academia Lovaniensi summo applausu docuerit, & in judiciis pariter & in Senatu maximarum rerum sederit arbiter, amplissimis perfunctus in Belgio pariter & Hispania honoribus. *Id. in præfat. ad propo. in fin.* Frisiæ Hesperus. Lyclam. lib. 7. eclog. 30. Ei tum in Hispania auctoritas increverat, ex quo improbata ipsi consilia male cesserant, ita ut sapientis nomen homo Belga ab Hispanis adeptus esset. *Grot. 2. annal. p. 46.* Æternum Frisiæ decus, Henel. *c. 7. de vit. ICt.* Philosophus & JCtus eminentissimus, Ernst. *stat. jprud. c. 2. n. 13.* JCtus imprimis ingeniosus & in omni jure exercitatus, *ibid. n. 16.* Magni nominis JCtus. Id. *de vera philos. n. 125.* vid. *Magiri* Eponymol. p. 457. Bekannt ist / daß Jacobus Bouricius ein naher Befreundter Hopperi Panegyricum ad Pandectas Juris Civilis seinem Sohn zu lieb geschrieben (Leoverd. 1613. in 4t.) darinnen er in Epilogo p. 191. Hopperi Weißheit und ungemeine Conduite nicht genug loben kan / und diesen Mann seinem Sohn Hector zum Muster und Beyspiel in Studiis & vita recommendiret.

In Bolduani Bibliotheca Theologica wird p. 32. SEBASTIANUS HORMOLDUS allegiret / als wenn er A. 1596. zu Tübingen etwas über

Davids Psalmen publiciret hätte. In *Melch. Adami* Vitis ICtor. aber (edit noviſſ. An. 1705. in fol. Frt.) p. 159. wird ſeines Lebens und Schrifften umſtändig gedacht/dennoch von dieſem Scripto nichts erwehnet / wiewol er bey den angeführten Schrifften hinzu ſetzet: Eorum autem nihil dum, quod equidem ſciamus, in lucem eſt prolatum.

Ich wil aber dem geneigten Leſer kürtzlich dieſe Erläuterung geben / daß dieſer Hormoldus keines weges einen Commentarium, ſondern nur lateiniſche Verſe über Davids Pſalmen verfertiget und zwar unter dieſem Titul: Davidis Regii Prophetæ Pſalmi, puris ac perpetuis Jambis ſine eliſione expreſſi per *Seb. Hormoldum* J. U. D. & poetam Coronatum, cum hymnis quibusdam itidem purè Jambicis. Tubing. 1596. in 12. Dieſe Arbeit hat er dem Käyſer Rudolpho II. dediciret. Gleich auf der erſten Seiten ſtehet das rare anagramma: Rudolphus ſecundus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Crovatiæ & Sclavoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tirolis &c.

καὶ ἀναγ.

Re vera hic Rex de Deo, Beatæ hujus terræ Germanicæ, patriæ noſtræ peramœnæ unica ſalus, lux & corona. Dux imperii Comis & benignus, Deo charus, ut olim hebræus David, cui magna majeſtas, gravior gratia, & ardua virtus rem ac gloriam tulit.

Er

Er und seine Freunde bezeugten in beygefügten Carminibus / daß es auf solche Weise noch keiner tentiret / und so glücklich ausgeführet habe.

THEODORIGUM de HORNEN allegiret *Justinianus* l. c. p. 407. als einen Commentatorem in Psalmos. Es ist aber dergleichen Autor in rerum natura nicht. Ich vermuthe aber / daß es *Herxenius* seyn soll / von welchem vorhin p. 124. gehandelt worden.

Daß CYPRIANUS de la HUERGA unterschiedliche Scripta über die Psalmen verfertiget / haben wir in Person. Jobi P. II. p. 237. seq. aus Antonii Bibl. Hisp. P. I. p. 199. seq. angemercket; Weil er aber über alle und jede Psalmen eigentlich nicht commentiret / als wollen wir sein Angedencken biß auf das Hohelied Salom. und den Propheten Nahum versparen.

Der Cardinal HUGO hat sich mit seiner Postill über die Psalmen viel Mühe gemacht / welche in dem andern Theil seiner Operum zufinden. In den Weltberühmten Codd. MSC. Var. Ling. *Guil. Laudi* ist Hugonis Psalterium glossatum usq; ad Ps. *Dixi, Custodiam &c.* cum aliis tractatibus Theologicis zufinden / vid. *Bernardi* Catal. MSC. Angliæ Tom. I. p. 60. n. 863. Was darinnen zu hoffen / und wie er einen Text zu erklären pflege / können wir gleich aus seinem Prologo wahrnehmen / der also anfängt: Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem. Verbum est Salomonis, & dirigitur ad omnes Clericos, magis ad Theologos, maximè ad religiosos, ipsi enim dicuntur filiæ Sion

Sion, ob amoris privilegium & contemplationis fastigium, und so geht die gantze allegorische Erklärung fort. Von diesem Autore haben wir schon öffters gehandelt / wie die Indices ausweisen / absonderlich P. IV. p. 314. erinnert / daß einige die Erklärung der Psalmen Alexandro Alensi zuschreiben / vid. *Cave* hist. lit. p. 499. Fab. Justinianus l. c. &c.

A. 1650. kam Liber Psalmorum Hebraicè cum annotationibus ANTONII HULSII Lugd. Bat. in 12. heraus / vide Benthems holländischen Kirchen und Schulen Staat P. II. p. 687. Rudolph Mart. Meelführer Dissert. I. de Jesu in Talmude p. 2. urtheilet dieses von ihm: Ebraicè doctus videri vult, judice autem *Dassovio* aliorumque hujus literaturæ Antistitum suffragiis, in Germanica ac Talmudica Scripta penetravit nunquam, ubivis enim in iisdem impingit. Er starb A. 1685. als Professor Linguæ Hebr. zu Leyden / & Collegii Præpos. Ordin. Regens. ætat. LXX.

JOANNES HULSHOUTIUS, Mechliniensis, Doctor Theologus, ac Sacræ Scripturæ Interpres, scripsit,

Lecturam solennem in Psalterium, teste Arn. *Bostio. Valerius Andreas* in Biblioth. Belg. p. 499. (520. edit. Lovan. 1643. in 4t.)

Der von *Fab. Justiniano* l. c. allegirte Commentarius HUMFREDI ANGLI ist mir unbekannt. Ingleichen / was unter *Thom. Bodleji* MSC. in *Bernardi* Catal. MSC. Angliæ P. I. p. 145. n. 2710.

gefunden / nehmlich Psalterium integrum glossatum secundum Magistrum HYST.

Der Engelländer ARTHURUS JACKSON hat gleichfalls über die Psalmen commentiret Lond. 1658. in 4. wie Kempius in Biblioth. Angl. p. 75. berichtet.

CORNELII JANSENII, Episcopi Gandavensis Paraphrasis in Psalmos omnes Davidicos cum argumentis & annotationibus ist A. 1578. in fol. Lugduni vermehrter gedruckt/und von dem Autore von neuen übersehen worden / denn Anfangs ist sie zu Löwen A. 1569. in 4. herauskommen. Er hat dieses Werck dem gantzen Capitul Ecclesiæ Cathedralis Gandavensis dediciret / und darinnen gleich Anfangs viel merckwürdige Dinge von einigen Commentatoribus in Psalmos erzehlet / welche wir desto lieber communiciren wollen/ weil diß Buch in wenig Händen seyn wird: Cum ante multos annos clarissimi viri in celeberrimo Tongerlensi monasterio inter alia etiam Psalmos Davidicos religiosis enarraremus, ne quæ ex varia interpretum lectione, studioque ac dicendi labore nobis comparavimus omnino diffluerent, memoriæ conservandæ gratia conscripsimus nobis Paraphrases quasdam in omnes Psalmos, præmissis argumentis, & subjectis aliquibus annotationibus, ex variis scilicet scriptoribus colligentes, quicquid ad simplicem & genuinam Psalmorum explicationem pertinere videbatur. Hanc nostram conscriptionem mihi paratam cum intelligerem quosdam avidè exscripsisse, etiam nobis insciis,

inſciis, metuere cœpi, ne immaturum & imperfectum fœtum noſtrum, ut quibusdam accidit, ſaltem poſt mortem noſtram aliqui edere curarent. Nam etſi à plerisque ad edendum ſolicitarer, induci tamen ad id ob certas cauſas non potui. Itaque cum poſt negotia paſtoralia, quæ me aliquot annis à prælectione ſacrarum literarum impeditum detinuerunt, Lovanium reverſus, plus otii in ſtudiis literariis rurſum nactus eſſem, cœpi quod prius conſcripſeram ad incudem revocare, deprehendique multa in illo mutanda eſſe, multa etiam addenda aut reſecanda. Nec tamen adhuc (licet doctiſſimis quibusdam urgentibus,) adduci potui ad editionem, ob plerasque cauſas, quæ jam etiam magis quam prius animum meum commovere cœperunt. Animadvertebam enim me multorum calumniæ ſubjiciendum hac editione, tùm quod hactenus tam varia & innumera conſcripta ſint in Pſalmos Davidicos commentaria, ut illis aliquid adjicere videri poſſet non eſſe aliud, quàm quod eſt in proverbio: actum agere, aut mundum infinitis libris onerare, cum juſte queratur Eccleſiaſtes componendorum librorum nullum eſſe finem. Tum quòd nova illa, quam ſectamur, Pſalmorum tractatione metuendum eſſet, ne in odioſiſſimum Judaizantium nomen pertraherer atque involverer. Verum cum ſtudioſi plerique non ceſſarent, nos poſt editionem commentariorum in Proverbia, partim precibus, partim obteſtationibus impellere ad editionem etiam noſtri in Pſalmos laboris, metueremque ne

id negligentius forte per quosdam ſub nomine noſtro perageretur à morte, malui id me vivo præſtaretur, quando accuratius res peragi,& reddita inſtituti noſtri ratione, calumnia omnis apud æquum judicem depelli poſſet. Itaque re apud me diligenter perpenſa, videbam mihi non magnopere metuendum à duplici illa, quam diximus, calumnia, ſaltem apud eos, qui affectibus depoſitis rectè de rebus judicant: nam aliis nihil placet, niſi quod eorum convenit corruptis affectibus. Quanquam enim extent innumeri penè commentarii in Pſalmos, in ſingulis tamen propemodum pleraque merito deſiderantur, ut non ſatisfaciant ei, qui noſtram ſequi delegit lectionem, & nativam ejus quærit intelligentiam. Nam quod alias diximus,pro ratione noſtrorum in Proverbia commentariorum, id multo magis hic dicere licet, quosdam ſcilicet, qui Pſalmis explicandis intenti fuerunt, ita noſtram tractaſſe vulgatam Latinam verſionem, ut ad originalia, tum Græca, tum Latina, vel nullus vel exiguus habitus ſit reſpectus: imo ita Pſalmos tractaverunt, quaſi Latinè primum ſcripti eſſent, diligenter expendendo vim Latinarum dictionum & phraſium, absq; collatione cum fontibus, unde verus & genuinus ſenſus petendus erat, quemadmodum bene monet divus Auguſtinus libro 2. cap. 11. de doctrina Chriſtiana: Latinæ (inquit) linguæ homines duabus aliis ad ſcripturarum divinarum cognitionem opus habent, Hebræa ſcilicet & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi

quam

quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas. Alii vel neglecta, vel etiam ſuperbè rejecta vulgata noſtra lectione, ſuas propoſuere mundo novas verſiones: commentaria etiam quandoque tantum ex Judæorum lacunis hauſta adjicientes, ex quibus vulgatam noſtram lectionem non ſatis illuſtrari poſſe certum eſt. Jam in explicandis Pſalmorum ſenſibus illa invenitur reprehendenda varietas, ut quidam eos nimis literaliter & Judaicè tractent, ſic ad Davidis & antiqua illa ſecula eos accommodantes, ut Chriſti noſtri, & noſtrorum temporum vel nulla, vel parva habetur ratio. Alii rurſum ita eos myſticè tractent, ut de Chriſto & Chriſtianis eos tantum interpretentur, quaſi tempore N. T. ſcripti ſint, & non pertineant vel ad eum, qui illos cecinit, Davidem, vel ad ipſius tempora. Itaque cum in tanta varietate videremus medium aliquod ſectandum, & quærendum, quod vulgatæ noſtræ lectioni rite & genuinè explicandæ maximè conveniret, imprimis dedimus operam, ut collatione facta cum originalibus linguis, & antiquis item noſtris exemplaribus, veterumq; commentariis, noſtram lectionem à multis, quæ librariorum incuria irrepſerunt, mendis repurgaremus. Rectè enim ſcripſit divus Auguſtinus libro 2. de doctrina Chriſtana cap. 14. Codicibus (inquit) emendandis primitus debet invigilare ſolertia eorum, qui ſcripturas divinas noſſe deſiderant, ut emendatis non-emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere venientes. Præſtitit

ſtitit idem etiam copioſius, edito jam ſuperiori anno libello, doctiſſimus & diligentiſſimus Vir *D. Guilielmus Lindanus* &c. Verum ut ea de cauſa à noſtris quæ prius paravimus edendis non abſtineremus, etiam idem Dominus miſſis ad nos literis impulit, ut quanquam ob inſigniter ab eo præſtitam operam ceſſandum nihil aliquandiu judicaſſem, tamen tandem adduci me ſum paſſus ad editionem, vel hoc nomine, quòd non parum ad vulgatæ lectionis noſtræ reſtitutionem faceret diverſorum concors annotatio. Imprimis ſtudioſe indicavimus primum illum literalem ſenſum, quòd is veluti clavis ſit & baſis intelligentiæ ſpiritualis: quæ alioqui nimis eſt vaga, incerta & libera, nec ſolidæ alicui rationi ſubnixa, ſed pro ingeniorum maxima varietate adeo varia, ut ridicula pleriſque efficiatur. Literali ſenſu reddito, inſinuavimus etiam diligenter ſatis, ſervata tamen quantum fieri potuit brevitate, ſenſum ſpiritualem, ad Chriſtum & ſpiritum pertinentem, quo ſic abſoluta & integra haberetur Pſalmorum intelligentia. Itaque dum hanc rationem ſectamur, ſperamus nos ab odioſiſſimo Judaizantium nomine exceptos fore apud æquos rerum cenſores &c. Ut ad reddendum inſtituti noſtri rationem redeam, video etiam hoc ſupereſſe, ut dicamus cur eam potius enarrandi Pſalmos rationem delegerimus, quæ Paraphraſi ſit, quam quæ juſtis ſit commentariis, in quibus ſingula quæque diſtinctè explicantur, & proinde aptior videtur docendis in eruditioribus. Fecimus certè illud,

non ſolum quòd paraphraſtica enarratio ſit brevior, & vel eo nomine gratior: ſed etiam quod jucundior ſit, & ingeniis excitandis convenientior, dum lector intentus eſſe cogitur, ut obſervet, quid in Paraphraſi reſpondeat ſingulis, quæ in litera dicuntur: quod cùm aſſequitur, magis etiam inde reficitur. Imitati ſumus hac in re non pœnitendos authores, *Franciſcum Titelmannum*, *Antonium Flamminium*, *Joannem Campenſem*, & alios quorum etiam verba ſæpius mutuatos nos agnoſcimus, ut ne quem ſuo fraudemus honore. Itaque qui ex hac noſtra Paraphraſi fructum facere volet, diligenter ſemper intendat ad ea quibus reſpondet Paraphraſis, cogitetque nihil in ea otioſum eſſe, nihilque poſitum, quod non ad explicationem vel verborum, vel phraſium, vel ad ordinem & connexionem verſuum inſinuandam pertineat. Si autem amplius quid deſideret, legat & ſubjectas annotationes circa loca quædam difficiliora, quas ſcio debuiſſe copioſiores fuiſſe, ut abundè multis ſatisfacerent: verùm nos brevitati ſtuduimus, contenti ea tantum annotare, quæ neceſſaria videbantur &c. Des übrigen/ was zu den Sprüchwörtern Salomonis eigentlich gehöret/ über welche er ſich eher gemacht als über die Pſalmen/ wollen wir zu ſeiner Zeit gedencken. Bekannt iſt aber/ daß dieſer Cornelius Janſenius mit einem Biſchoff zu Ypern und andern mehr offters confundiret werde/ deswegen wir des offtbelobten Molleri Warnung in Homonymoſcop. p. 684. ſeq. wol beobachten müſſen.

Conrad Barthels Superint. zu Meissen in Conc. funebr. D. Wilhelmi Lyseri, Prof. Theol. Witteb. nennet ihn lit. O. v. einen gelehrten und bescheidenen Papisten. *D. Gerhard. Titius* in Vindic. Luth. contra Cornæum p. 7. Cornæo doctiorem & modestiorem autorem. So lobt auch seine modestie *Frid. Sam. Geroldtus* in Apolog. pro voto B. Mariæ p. 3.

Joh. Bochius in observ. ad Psalm. p. 907. rühmet Jansenii doctos in Psalmos Comentarios &c. Es ist mir aber nach der Zeit noch eine neuere Edition zu Handen kommen / so diesen Titul führet: *Cornelii Jansenii* Episcopi Gandavensis. Paraphrasis in omnes Psalmos Davidicos cum Argumentis & annotationibus: Itemque in Proverbia & Ecclesiasticum Commentaria, veterisque Testamenti Ecclesiæ Cantica, ac in Sapientiam Notæ. In quibus omnibus hoc agitur, ut sublatis mendis, quæ in nostram Lectionem irrepserunt, genuina lectio retineatur, & ut ex collatione facta cum Originalibus Hebræis & Græcis sensus habeatur, qui illis consentiat, aut proxime accedat. Cum Indice Rerum & verborum locupletissimo, cui jam postremo accessit alter Locorum S. Scripturæ Index, quæ in hoc opere citantur ac elucidantur. Antwerpiæ 1614. fol.

In Encomium Authoris elegantissimi Paraphrastis Ode.

Ignem Prometheus curribus arduis
Phœbi micantis sustulit, humidum

Quo

Quo pectus inflammaret ortæ
Æthereæ luteæque gentis.
Hic David alto pectine concinit
Veri Promethei gesta, sub ignibus
Qui misit æternum Tonantis
Numen hali retinens figuram
Causas Prometheus tempore prævidens
Fertur: Prophetæ carmina personant.
Laudes inauditas Satoris,
Qui maculas hominum piavit.
Hic sunt polorum gressus, iter, via,
Hæc ignis ardens; pectora perciens,
Hæc stella quæ ducit colonos,
Et triticum cumulent opimum.
Cinctus tiara dat Paraphrasticus
Nomen Promethei mellifluis modis
Christi Supremi, qui cruore
Sacrificas abolet favillas.

Auf dem allerletzten Blatt stehet diese Approbation: Hæc Paraphrasis in Psalmos cum argumentis & añotationibus Auctore Reverendissimo D. D. *Jansenio*, Episcopo quondam Gandavensi docta & magno studio elaborata, multum utilitatis adferet omnibus studiosis circa Theologiam versantibus: Dignam igitur, quæ denuo in lucem prodeat, judico, ut etiam Divini verbi Concionatoribus solatium præstet. Dedit 17. Jan. A. 1613.

Egbertus Spitholdius S.T.L. Canonicus & Plebanus Antverpiensis, Librorum Censor.

Bekannt ist auch des allbereit in Person. Jobi

P. II. p. 243. seq. gedachten Papistens JACOBI JANSONII Commentarius in Psalmos Lovan. 1610. in 4to. Ein mehrers von ihm hat *Possevinus* in apparatu S. P. I. p. 785. der von seinen Schrifften urtheilet: Dictio in hoc scriptore commoda est, quæ, quod ad scribendi rationem attinet, ferit medium, nimirum ne concisior néve laxior sit, sensu nitens literali, reliquos non omittens.

Von R. SALOMONE JARCHI haben wir gleichfalls in Person. Jobi P. II. p. 244. seq. unterschiedenes gemeldet. Nun aber der Commentarius in Psalmos nicht unbekannt/ wollen wir seiner auch um destomehr gedencken / weil die Erklårung über den 19. Psalm (ob sie wol nicht ohne alle Außstellung/) dennoch manchen super-klugen Außleger unter den Christen beschåmet / wie *D. Bangius* in Cœlo Orientis p. 187. bezeuget. *Sal. Jarchi* Commentarius MSC. in Psalmos asservatur in Bibliotheca Serenissimi Principis & Marchionis Badensis. D. Majus in Vita Reuchlini p. 537. Vor jetzo will aus des berühmten *Thomæ Crenii* Animadv. Philol. P.V. p. 186. seq. nur dieses anführen: Quis mihi rationem dabit, cur *R. Salomo Isacides* vocetur à plerisque cognomine *Jarchi?* me sanè fugit. Irrident nos Recutiti & mirantur illud monstrum nominis Christianis in more positum, quo de multis agit Dn. Andr. *Acoluthus*, homo naturæ dotibus & eruditione multa insignis, in de Aquis amaris maledictionem inferentibus, p. m. 2. 3. edit. Lipsiens. MDCLXXXII. in 4to.

Quod Rabbi ſpurium nomen *Jarchi* attinet, Oedipo fere opus eſſet, qui conjiciat, unde ſuam illud originem ducat. In Judæorum certè libris, quotquot mihi quidem inſpicere adhuc licuit, nihil invenio, quod illud vel leviter tueri queat: In Chriſtianorum autem eò frequentius Jarchii vox ſonat ſcriptis, in quæ, qua ratione inſerpſerit, ab aliis me, quam à me alios diſcere malim. Jam dudum eſſe, quod in illis lectum ſit, nemini non conſtat. Quis autem primus omnium fuerit, qui hoc nomen uſurpavit, inquirere jam non vacat, nec flagitat neceſſitas. Tros Rutulusve ille fuerit, autoritate ſua ipſum alios decepiſſe, tam diu credam, donec è probatæ fidei Rabbinis, iſtius nominis Jarchi autoritas fuerit demonſtrata. Pro illa certè ſententia, quæ Iſacidem illum vocari cupit, & cui ego etiam adſtipulor, inſignia Judæorum habeo ſuffragia, nimirum R. *Abrahami Dſchachuthi* in Juchaſin fol. 130. b. lin. penult. edit. Cracov. ubi vitam ipſius in hunc modum deſcribit: Doctor pius, lumenq; magnum, Doctor noſter Salomo filius R. Iſaaci, ex urbe, quæ in Gallia Celtica ſeu Lugdunenſi ſita eſt, vid. *Philipp. Cluver.* Introd. Geogr. lib. II. c. XI. p. 96. & vocatur Troyes (aliàs etiam Auguſtomana, Trecæ, Urbs Trecaſſium, Auguſta Trecarum, appellatur;) Gallus, doctrinam ſuam itidem à R. Gerſon accepit; ſcripta ejus nota ſunt: Retribuat ipſi Deus opus ſuum! Nuncupatus ille eſt ab eruditis omnibus Parſchandatha, h. e. interpres Legis. Diem ſuum unà cum R. Simcha (דויטרי

ex

ex urbe Vitri oriundo: vid. Schalſchel, hakkabb. fol. 49. b. ſub fin. Conf. etiam *Buxtorf.* Lex. Talm. col. 637.) diſcipulo ſuo, autore (libri) Machſor Vitrenſis (has voces *Vorſtius* in Zemach David, p. 134. non rectiùs informatus legit Machazor & Jathire, exiſtimatque librum eſſe, qui de cyclo & exhalationibus ageret, cum tamen liber precum ſit, de quo vid. *Buxt.* in Bibl. Rabb.) Annô 865. (à creatione mundi, omiſſo ſcilicet millenario IVM. qui annus eſt à Nativ. Salvat. 1105.) obiit, poſtquam ætatem ad annos 75. extendiſſet &c. De his Dn. *Acoluthi* verbis & *Buxtorfi* citatione ut poſſit fieri judicium, profero ipſa Cl. *Buxtorfi* verba è p. m. 367. ſeq. Bibliothec. Rabbinic. edit. Baſil. MDCXL. in 8. Machſor, Cyclus, Circulus, Reditus in circulum. Liber precum eſt, quo maxime in majoribus feſtis utuntur. Preces fere omnes ſcriptæ rhytmice, ſermone difficili, qui à paucis intelligitur, unde has preces dicunt major pars Judæorum, ſicut Veſtales noſtræ Pſalterium Latinum & Pater noſter. Sæpiſſime liber editus in octavo, quarto, & folio, etiam cum Commentariis. Vidi exemplaria Venetiis, Sabionetæ, Cracoviæ, Pragæ, Auguſtæ edita. In Venetiis multa correcta ſunt, quæ contra Chriſtianos & Regnum Romanum erant directa, quæ in aliis pleriſque ſunt expreſſa, vel adſcribuntur à Judæis ad marginem, quale exemplar aliquando habui, ex quo etiam multa deſcripſi. Exſtat & German. editus Pragæ in folio: Maſchor vitri. Liber Aſtronomicus: author R. Simcha, diſcipulus R. Salomnis.

Hæc *Buxtorfius*, cujus priora verba fortè ſeduxerunt *Vorſtium*. Joann. *Plantavitius*, Pauſanus Epiſcopus Lodovenſis, ut multos alios, ita & hunc librum omiſit in Bibliotheca ſua Rabbinica.

P. VII. Animadv. p. 204. ſetzt hochgedachter Crenius noch dieſes hinzu: Conſtantinus l. Empereur ab Oppyck in p. m. 149. notat. in *Benjaminis* Itinerarium edit. opt. Lugdun. Batav. cIↄ Iↄc XXXIII. in 8. de hoc Salomone & ejus nomine ita ſcribit: Salomo hic ille eſt, qui vulgo audit רש״י, id eſt, Rabbi Salomon Jarchi (potius Jerachi) & ירחי quidem cognominatur ab hac civitate Lunel, quæ à Luna nomen habet: nam hæc Ebræis Jareach. Quanquam à patre ſuo ſecundum eandem abbreviaturam רש״י dicatur etiam Salomon Iſacides ר׳ שלמה יצחקי: patrem enim habebat Iſaakum. Obiit anno Servatoris noſtri 1105. cum diſcipulo ſuo patria Vitrenſi, qui preces illas confecit, quibus contra Chriſtianos & Romanum regnum Deum implorant. Quia verò ille Salomo ſcripturam & pleraque Talmudis explicavit, ideoque magnæ inter Judæos eſt autoritatis, idcirco è libro Juchaſin quædam addere non gravabor, quibus ætas ipſius &c. magis innoteſcent. Quamvis de natali oppido ſecus ſentiam, ut & nomen Jarchi ſuadet &c.

Der ſeel. Herr Matt. Diefenbach in Judæo converſo p. 287. ſeq. hat dieſe Gedancken: Der vor andern unter den Juden hochgeachtete R. Salomon Jarchi heiſſet ſonſten auch vom Vater her Salomo Iſaac, item abbreviatè Raſchia. Gegen die

die erste Benennung eiffert sonderlich Acoluthus im Proœmio zu dem Tractat: de aquis amaris p. 3. seqq. und sagt / in der Juden Schrifften seye der Name Jarchi gantz unbekannt / lobt auch den P. Empereur, daß er diesen Rabbinen in seiner Paraphrasi Josephi Jachiad. in Danielem p. 228. mit dem rechten Name citiret habe: R. Salomo Isacides: allein wann Herr Acoluthus des Constantini P. Empereurs Notas zu des R. Benjamin Tudelensis Itinerario p. 149. zugleich conferiret hätte / würde er gefunden haben / daß daselbst P. Empereur den Namen Jarchi sich ebenfalls gefallen lassen wie den andern / und denselben von des Rabbinen Vaterland derivirt habe / gleich auch von andern geschiehet / wider welche Acides ein Frantzoß / und also nicht von Luna aus Etrurien in Italien / sondern von Troyes aus Champagne in Franckreich bürtig seye / dahero auch nicht von jener Stadt Luna in Hebr. den Namen Jarchi könne bekommen haben; Es ist aber zu mercken / welche den Jarchi also von seinen Geburts-Ort benahmen / die meynen nicht den Italiänischen Luna, sondern des Lunel im Languedockischen / so Frantzösisch ist / immassen aus des gelehrten Frantzosens P. Simons Preface über des R. Leons de Modene Ceremonies & Coutumes des Juifs erhellet / und der Passage, die Herr Hosemannus im schwer zubekehrenden Juden-Hertz Part. I. pag. 40. & 241. daraus anführet. Adde Wolfii Hist. Lexicor. Hebraic. p. 31. & 32. Noch eine andere Critische Controvers erreget Herr

Moller

Moller de Homonymoscop. C. II. §. IX. p. 247. ob die beyde von Buxtorfio in Biblioth. Rabbin. p. 445. von ein ander unterschiedene / R. Salomo Isaac Trevirensis und R. Salomo Jarchi, nicht nach seiner Meynung idem subjectum anzeigen / worinnen Herr D. Buddeus sich Introduct. ad Histor. Philosoph. Ebr. §. XXIX. p. 117. auf den Mollerischen Beyfall beziehet; beyde aber vergessen solchenfalls / daß alsdenn kein Unterscheid der Jahr-Zeit unter den R. Salomo Isaac und den R. Salomo Jarchi seyn müste / (da doch Buxtorfius l. c. ausdrücklich sagt / R. Salomonem Jarchi illo esse recentiorem,) so dann würde der R. Salomo Isaac, wann er kein anderer / weder der R. Salomo Jarchi wäre / nicht Trevirensis sondern Trecensis heissen / dieweil Trecæ oder Augusta Trecarum, die Stadt Troyes in Franckreich der rechte Stamm-Ort des Salomonis Jarchi seyn soll / wie bey Acolutho und Hofmanno l. c. zu sehen. Es können also wohl unter den jüdischen Rabbinen zween den Namen Salomo Isaac geführet haben / worunter der eine zugleich R. Salomo Jarchi geheissen. Docti judicent.

Weil *M. Gottfr. Wagner* in serie Collegarum Gymnasii Freiberg. in Misnia, lit. C. des M. SAMUELIS JAUCHII erwehnet / daß er A. cIↄ Iↄ LXIIX. die Ebräischen Psalmen Davids ἀναλύσει grammat. erkläret / so wollen wir sein Angedencken / ob gleich von dieser Arbeit mir und auch andern vielleicht nichts vor Augen komen / hiemit in etwas erneuren / und zwar aus Andr. Molleri Theatro

Frei-

Freiberg. Chron. c. 3. p. 233. seq. Nach Caspar Zeunern wurde zum Superintendenten nach Freyberg beruffen M. Samuel Jauch / von Freystadt aus Schlesien / welcher zuvor Hof-Prediger bey Hertzog Georgen zur Lignitz und Brieg / und darauf zu Görlitz in der Lausnitz eine Zeit Pfarrer gewesen. A. 1565. den 18. Decembr. hat er die Vocation bekommen / und ist den 17. Febr. 1566. Dominica Sexagesima von D. Casparo Eberharten / Superintendenten zu Meissen / eingewiesen worden. Zu seiner Zeit geschahen unter den Geistlichen und in andern Sachen zu Freyberg grosse Aenderungen. Es wurden auch zwey General-Visitationes gehalten / die erste Anno 1575. im Januario von M. Nicol. Jagetäuffeln / Superint. zu Meissen/und Hauboldeu von Einsiedel/welche wegen allerhand eingerissenen Verfälschungen in der Lehre / von Churfürst Augusto / und der gantzen Landschafft zu General - Visitatoren verordnet waren. Die andere A. 1577. von D. Jacobo Andreæ und D. Nicolao Selneccern / wegen des zusammen gebrachten hochnöthigen Concordien-Buchs / da dann die Pastores und Diaconi in der gantzen Diœces in die Stadt gefordert worden / und sich unterschrieben haben. Sind ihrer damahls neben dem Herrn Superintendenten 72. gewesen / derer Nahmen noch jetzo in der Formula Concordiæ zubefinden. Was sich aber für der Unterschreibung für Disputationes ereignet / und wie von den Visitatoribus besonderer Bericht in einem und andern begehret worden / erzehlet ernennter D. Sel-

D. Selneccer in seinen Recitationibus de libro Concordiæ, & modo agendi, qui in subscriptionibus servatus est, p. 76. & seqq.

Item p. 239. seq. Weil auch befohlen worden/ daß vom Superintendenten sonderliche Synodi in einer jeden Diœces angestellet/ und alle Kirchen- und Schuldiener öffters zusammen beruffen würden/ damit/ wo etwa in einem oder den andern/ die Geistlichkeit anlangende Klage fürkäme/ man alsbald auf Mittel und Wege/ dem Ubel abzuhelffen/ könnte bedacht seyn/ und deßwegen sich miteinander unterreden/ wie denn bey Caspar Zeuners Zeiten daselbst etliche/ und sonderlichen Anno 1561. den 23. Septembr. einer gehalten worden/ da M. Johann Schutz/ damahliger Amts-Prediger zu S. Petri, mit M. Friderico Zerlern/ Con-Rectore der Schulen/ und Basilio Kammerhöfern/ Montags-Predigern im Thum/ de Synergia und vom Corpore doctrinæ Philippi hefftig disputiret/ wie in fürgehenden Recitationibus Selnecceri, ingleichen im folgenden 5. Capite etwas von solchem Zweck gedacht wird. Als hat auch M. Samuel Jauch Zeit währenden seines Dienstes etliche solche Zusammenkunfften angestellet/ als Anno 1569. den 16. Maji, 1570. den 19. Septembris, 1571. den 30. Octobr. 1573. den 8. Septembr. 1575. den 18. Octobr. und 1576. den 11. Septembr. Ist mehrentheils wegen der damahls streitigen Artickel in Religions-Sachen geschehen/ ehe die Formula Concordiæ zusammen getragen und publiciret worden. Letzlichen hat man ihn wegen des Cal-

M vinismi

vinismi beschuldiget / und bey der hohen Obrigkeit übel angebracht / deßhalben er in einer sonderbahren Schrifft an das löbl. Consistorium zu Meissen Anno 1578. den 9. Junii sein rein Glaubens-Bekänntnüß von allen Artickeln an Tag gegeben/welche Schrifft noch hier auf dem Rathhause zubefinden. Gleichwol ist es dahin kommen / daß er seines Amts entlassen worden/so geschehen ernennten Jahres den 29. Septembr. da er gegen dem Durchleuchtigen hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn Augusto / Herzogen und Churfürsten in Sachsen / wie auch gegen E. E. Rath sich der Beförderung und erzeigten Wohlthaten wegen / schrifftlichen bedancket / und seinen Abschied genommen / welch Schreiben auch noch auf dem Rathhause vorhanden. Stehet seines Abzugs wegen keine andere Ursache darinnen / als daß Ihre Churfürstl. Gnaden dieses hohe Kirchen-Amt auf andere Wege zubestellen und zu ersetzen bedacht wäre. Er ist aber hernach zum Official des Marggrafthums Niederlausitz / und in der Stadt Luben zum Pfarrer aufgenommen und bestellet worden / hat bey solchem Officio noch 6. Jahr gelebet / biß Anno 1585. welches Jahres er am Tage der Himmelfarth Christi verstorben im 60. Jahr seines Alters.

Item pag. 298. Samuel Jauche hat Anno 1568. durch das gantze Jahr die hebräische Psalmos analysiret und erkläret / welche löbliche exercitia ich billich rühmen und hierbey gedencken sollen / beydes der Stadt / sowol auch diesen gelehrten Männern

nern zu Ehren/ welche dadurch in ihren studiis so weit gelanget/ daß sie nachmals für vielen andern herfür gezogen worden / und zu hohen Aemtern und Würden kommen/ zugeschweigen/ was sie für Nutzen damit bey der studirenden Jugend geschaffet/ weil durch solche löbliche Anstellung sowol den Einwohnern der Stadt/ als vielen frembden Studiosis mercklich gedienet gewesen. Wie denn zur selben Zeit eine sehr grosse Frequenz sich zu Freyberg befunden / indeme nicht allein die Geistlichen und andere Literati neben den jungen Stadt-Kindern denē Lectionibus und Disputationibus mit Fleiß beygewohnet / sondern auch viel fremde Scholaren Hauffen-weise herzu kommen/ und sich zu Freyberg so lange aufgehalten/ biß sie ins Predig-Amt oder sonst befördert worden.

JOHANNES à JESU MARIA wird zwar vom *Heideggero* in Enchirid. Bibl. pag. 441. unter die Commentatores über die Psalmen gezehlet/ er hat aber nur den 136. 83. und 41sten erkläret / wie wir P. II. Person. Jobi p. 247. angemercket haben.

Von INNOCENTIO V. wollen wir einige Nachricht unter *Petri de Tarantasia* Nahmen gebē.

Lipenius l. c. p. 584. rechnet auch hieher JOACHIMI, ABBATIS FLORENSIS, Psalterium X. chordarum, welches zur gnüge anzeiget/ daß er den Autorem nicht gesehen/ indem nichts wenigers als ein Commentarius in Psalmos dariñen zufinden. Meine Edition A. 1527. zu Venedig in 4r. führet diesen Titul : Psalterium decem chordarum Abbatis *Joachim*, in quo de summa Trinitate

ejusque distinctione perpulchrè indagatur. De numero Psalmorum & eorum arcanis ac mysticis sensibus, de Psalmodia, de modo & usu psallendi simul & psallentium. Statt eines Commentarii findet man in diesen 14. Bogen (so starck ist das gantze Werck/) mystische und Scholastische Grillen/ daß einem gantz übel davon werden möchte.

Der Bischoff JOHANNES SABINENSIS hat über die Psalmen geschrieben / JOHANNES SAXONIUS aber Ord. Servorum dessen *Draudius* in Bibl. Class p. 349. gedencket / gehöret hieher nicht/ weil er nur etliche Sermones über die Psalmen gehalten / vide *Possevinum* l. c. Tom. I. p. 937. seq.

Der Spanische Rabbi JOEL ABEN SCHOHEF hat unterschiedliches geschrieben / absonderlich eine Erklärung über die Psalmen sub tit. נורא תהלות formidabilis laudibus, welcher titul Exod. XV. 11. genommen worden. (Edit. Thessalon. A. 1569.) Dieser Autor hat um das Jahr Christi 1464. in Arragonia gelebet. vid. Bartoloccii Biblioth. Rabb. P. III. p. 781.

ARTURUS JONSTONUS sicut in omnibus suis scriptis, sic & in Psalmorum versione purus & tersus est. *Crenius* Exercit. III. de Libris Script. opt. p. 12.

THOMAS JORSIUS, (nicht Jorgius oder Torsius, wie ihn Justinianus l. c. p. 407. nennet) sive *Joyce*, Anglicus, & Gualensis dictus, gente Anglus, Patria Londinensis, origine forsan Cambro-Britannus, Alberti M. discipulus, ordinis Dominicani Monachus, Doctoratûs laureâ insignitus,

tus, Theologiam Parisiis, Londini atque alibi docuit: postea Dominicanorum in Anglia per septennium Provincialis; & Edwardo Regi à confessionibus, & secretis Consiliis ascitus. Claruit anno 1305. quo Cardinalis & Episcopus Sabinensis à Clemente V. renunciatus est, die XVIII. Decembr. dignitatem istam grandi pecuniæ summa mercatus, si Balæo fides. Non desunt, equidem, & in his *Trithemius* & *Oudinus*, qui Thomam nostrum ad annum 1400. referunt. Quin & lepido prorsus commento Ambrosius de Altamura, ut Scriptorum Dominicanorum Catalogum per fas & nefas augeat, eum datâ operâ in quatuor Scriptores dissecat, ac per totidem seculi hujusce partes distribuit: quos licet ipse diversos fuisse credi velit; unum tamen eundemque esse ex scriptis iis attributis prima fronte patet. Anno demum 1311. Thomas noster à Clemente ad Henricum VII. Imp. legatus, Lugduni in itinere obiit. Corpus Oxonium delatum, apud Dominicanos sepultum est. Non levem sanè Thomæ nostro Anglico Propinquitas nominis cum Thoma Angelico injuriam fecit: quum factum exinde fuerit, ut Anglici operum pars longe maxima Angelico adscribantur, & inter opera ejus collocentur &c. Cæterum sub Thomæ nostri nomine extat *opus aureum in XXVII. Psalmos Venet. 1611. Commentarius super duos nocturnos Psalmorum* MS. in Bibl. Exoniensi Oxon. cod. 25. Pembrochiana Cantab. cod. 46. *Wharton* app. ad *Cave* l. c. p. 8. *Possevinus* l. c.

P. II. p. 476. *Sixtus Senens.* l. c. p. 304. *Hendreich* l. c. p. 193. seq. *Smitheus* Flor. Angl. p. 313. *Raynaudus* de bon. & mal. libr. p. 121. 157. *Labbe* ad Bellar. P. II. p. 436.

R. JOSEPH CHIVAN scripsit expositionem in Psalmos David. vide *Bartholoccii* l. c. p. 802. 804. seq. Hieher gehöret auch der daselbst angeführte R. JOSEPH BEN DON DAVID, *ben Don Joseph Aben Jachija* ein Portugieß von dem *Bartoloccius* l. c. dieses meldet: D. Joseph hujus Auctoris avus Ulissipone egreditur cum magna substantia, in Italiam venit, & obiit Ferrariæ an. 1498. Post Patris excessum David ejus filius relicta Ferraria, abiit Ravennam, inde Immolam, postea in regnum Neapolitanum, ubi per annos 23 permansit. Revertitur Imolam anno 1540. ubi decessit anno 1543. relicto filio R. Josepho Aben Jachija, de quo modò nos loquimur. Hic admodum doctus evasit, composuitque diversos libros, quorum secundus fuit *Commentarius in omnia Hagiographa*, absolvit Massæ in Tuscia anno פר״ח 288. minoris supputationis, Christi 1528. Excusus ibidem anno eodem in fol. In Danielem cum Latina interpretatione, ac annotationibus Constantini l'Empereur ab Oppyck: prodierunt Amstelodami apud Joannem Janssonium, typis Wilhelmi Christiani anno 1653 in 4. Et in V. parva volumina absolvit anno עז״רי 287. min. supput. Christi 1527. Imolæ in Romandiola sub ditione Clementis VII. Pont. Maximi. Vide in fine Comment. prædict. In Psalmos ab- ipse

ſolvit eodem anno פז״ר 287. Chriſti 1527. ut ipſe ſcribit in fine illorum Commentat. ubi deplorat depopulationem urbis, & excidium Romanæ Synagogæ eo ipſo anno à militibus illatum. Cæterum ipſe auctor ob aſſiduitatem ſtudiorum in varios morbos incidit, quibus confectus humanos artus reliquit, cum eſſet annorum 45. anno mundi 5299. Chriſti 1539. Poſt ipſius mortem decem elapſis annis ſublata ejus oſſa fuerunt, & translata in urbem Saphet ſuperioris Galilææ, & apud ſepulcrum Joſephi Karo tumulata, ſicut ipſe præceperat. Habuit tres filios, & quatuor filias. Minor natu fuit David, qui mortuus eſt quinquagenarius, reliquit filium parvulum nomine אחיקם. Secundogenitus fuit R. Ghedalia multorũ librorum auctor, & præſertim שלשלת הקבלה Catenæ Cabalæ frequenter à me citatæ. Tertiogenitus fuit R. Judas, qui magno cum honore, & laude lauream Doctoratus in Medicina, & artibus ſuſcepit in univerſitate Patavina an. mundi 317. Chriſti 1557. Bononiæ uxorem duxit, ubi ſine liberis anno 5320. Chriſti 1560. ætatis ſuæ 31. obiit. Ex Schalſ. hakkab. p. 66.

Ex Plantavitii Bibliotheca Rabbinica habemus, hunc Auctorem ſcripſiſſe:

אור עמים *Lumen populorum*, complectiq; in eo varias deciſiones Philoſophicas, Juridicas & Theologicas. Excuſum fuiſſe Bononiæ in 4. A. 348. min. ſupput. Chriſti 1588. Idem habet Hottingerus in Bibliotheca Orientali Claſſ. III. in ipſo initio de Deo, ubi ita loquitur אור עמים *Lux populorum*: continet quæſtiones 15. de Deo & ani-

ma. Habeo exemplar Bononiense. Idem alium librum cùm eodem titulo nobis exhibet Class. X. de Medicina R. Obadiæ Siphorni Medici, quem ex Buxtorfio habuit, qui in sua Biblioth. Rabb. dicit, fuisse impressum Bononiæ anno Christi 1550. mundi 5310. ubi & mentionem facit de consimili titulo alterius libri continentis 15. Quæstiones *de Deo & Anima.* Sed nos pro legitimis recipimus tantum supra narratos libros, quos habemus ex Ghedalia ejus filio in suo libro Schalscel. hakkab. p. 66.

R. JOSEPH JAABETZ scripsit Comment. super Psalmos, Excus. Thessal. imperante Sultano Selimo A. C. 1371. in 4to. *Bartoloccius* l. c. p. 808.

R. ISAAC JAABETZ ben Salomonis Jaabetz scripsit תורה חסד Legẽ pietatis in Hagiographa & V. parva Volumina. Excusus Calloscopii in fol. Imperante Sultano Morad. Idem ibid. p. 904.

R. JOSEPH TITATZAK hat nur über etliche Psalmen geschrieben/ weßwegen wir ihn biß auf den Prediger Salomonis verspahren wollen.

R. ISAAC BEN SIMSONIS scripsit Commentarios in Psalmos, quibus annexus est Commentarius in Proverbia & Libros Samuelis in calce libri. *Medrasch Schechad Tof* inscribitur totum Opus. Pragæ 1613. in fol. Ita Biblioth. curiosa ex *Dassovio* in Præfat. b. 4. *Idem* ibidem p. 926. durch die Bibl. curiosam (damit diese Obscurität obiter erläutere/) verstehet er das Scriptum *Hallervordii*, die Vorrede aber Dassovii ist in seinem Tractat de Resurrectione ex mente Judæorum zu finden. In

Barto-

Bartoloccio ist das citatum falsch und soll an statt der num. 6. lit. b. 4. v. stehen.

CHRISTIANUS ISCHYRIUS wird zwar von *Fab. Justiniano* l. c. p. 403. Sixto Senensi l. c. p. 313. &c. unter die Commentatores gerechnet / der letztere bekennet aber p. 221. selber / daß er nur eine Ecphrasin über die VII. Bußpsalmen geschrieben. Das übrige / was von den Psalmen den Nahmen führen soll / und daselbst allegiret worden / gehöret weder hieher / noch vor diejenigen / die das Wort der Wahrheit höher als alle Menschen-Satzungen halten. So hat auch *Joh. Bochius* l. c. p. 809. ISIDORUM HISPALENSEM vergebens allegiret.

R. JUDAS BAR MOSIS, bar Danielis Romanus wird zwar von einigen unter die Commentatores in Psalmos gezehlet / er hat aber nur über die 5 letzten (quib⁹ Halleluja præponitur,) und 29sten Psalm geschrieben. vid. *Bartoloccium* l. c. p. 66.

In FRANCISCI JUNII, Biturigis Tom. I. Opp. Theolog. p. 626. seq. finde nicht allein die Erklärung etlicher Psalmen / sondern auch Prolegomena in 5. Capiteln de nomine, autore, genere scripti, partibus & usu. conf. Benthems Holländischen Kirchen-Staat P. II. p. 681. Er hat seinen eigenen Lebenslauff sehr weitläufftig beschrieben / welcher vor seinen zusammen gedruckten Schrifften stehet / daraus wir künfftig das nöthigste excerpiren wollen. Vor jetzo lassen wir uns genügen an der kurtzen doch accuraten Beschreibung / *Joh. Meursii* in Athen. Batav. (Edit. Lugd. 1625.

in 4to.) p. 163. Virum nobilem, nobiliorem Theologum, Bituriges protulerunt, anno cIↃ IↃ XLV. Primum quinquennium egressus, elementa discere cœpit, docente patre; sexennis scribere. Annos natus XII. lectionibus publicis operam dedit; & Juris studium arripuit, sub præceptoribus, magni nominis viris, Francisco Duareno, Hugone Donello, Antonio Concio, & Ludovico Russardo. Sed, eo postea neglecto, ad Theologiam se applicuit; exactisque aliquot annis Genevæ, cum nunciaretur, Ecclesiam Gallicam Antverpianam ministrum sibi quærere, cum amicorum suasu, tum proprio animi motu, occasionem arripere placuit. Ubi fideli aliquamdiu navata opera, ut & in vicina Flandria, Gandavi, Brugis, alibi, varia fortuna, sæpe cum præsentissimo vitæ periculo, Limburgum translatus, cum neque illic tutam stationem haberet, Heidelbergam abiit, exceptusque illic humanissime à Frederico Electore, aliquantisper hæsit in Ecclesia Scœnaviensi. Inde, itinere in Galliam instituto, ut matrem amicosque salutaret, eo peracto, in Palatinatum rediit; ibique commoratus, varia mansione, ad annum cIↃ IↃ XCII. cum, Ducis Bullionii auctoritate in Galliam rediturus, Belgium transiret, Lugduni Batavorum benigne exceptus, detentusque, per decennium in Academia S. S. Theologiæ Professoris primarii munus sustinuit. Tunc, grassante per omnem Hollandiam peste absumptus, Deo animam piam reddit anno cIↃ IↃ CII. ætatis LVII.

In eum Epigramma hoc fecit *Daniel Heinsius:*

Regia

Regia majestas, quam quondam vidimus, oris
Talis erat: Juni, sic redivivus eris:
Sin furor est, tentare hominem cœlestia quen-
quam;
Et furor est, dotes pingere velle tuas.

Epithaphium Chronostichum.

OCtobrIs ter sena DIes & qVIna refVLget,
SenaqVe LeIdensI bIs sonat hora solo.
OrbIs VbI TItan FranCIsCVs IVnIVs atrâ
TaCtVs peste æthræ regna beata petIt.

De morte solum hæc addam, schreibt Paulus Colomesius, in Gallia Orientali p. 95. quæ apud Thuanum habentur: *Anno*, inquit, 1602. *Mense Octob. Fr. Junius in Biturigibus Cubis*, (ut sc. distinguantur à Biturigibus Vibiscis aut Viviscis, quorum Metropolis Burdegala in Aquitania secunda,) *apud quos natus, obiit, cum annum tantum 57. attigisset, vir desultorio ingenio, qui multa conatus, an adsecutus sit, quod moliebatur, doctorum erit judicium; Lugduno Batavorum, ubi diu professus est, ob rerum novarum suspicionem, ab ordinibus Belgii exactus, & Altorfii, ubi defecit, à Norimbergensi Republica honorifico stipendio invitatus.* Hæc Thuanus, quem miror asserere Junium Altorfii defecisse, (Eundem errorem notasse deprehendo Gul. Rivetum in Epistola Apolog. contra Amyraldum p. 108. 1648.) cum ex orationibus in ejus funere habitis pateat, ipsum obiisse Lugduni Batavorum, quo loco ab Amplissimis Ordinibus nunquam exactus est. Æque falsum est, quod idem ait de Norimbergensi vocatione, hæc enim

enim omnia non in Junium, sed in Hugonem Donellum celeberrimum Juris Consultum jure competunt. Jam hæc notaram, cum in Vossii Heidelbergensis opus de Historicis Latinis incidens, eadem sed fusius animadversa ab illo præstantissimo viro reperi, (In Præf. ad Lect.) quo non parum lætatus sum.

Darauf recensirt er unterschiedliche Testimonia von diesem Junio und seinen Schrifften ꝛc.

Von des AUGUSTINI JUSTINIANI Arbeit über die Psalmen haben wir allbereit in personal. Jobi P. II. p. 255. etwas erwehnet / allwo der daselbst angeführte locus nach Anzeige der bey den Person. Davidis befindlichen emendandorum muß corrigiret werden. Was aber *Imbonatus* l. c. von Justiniani Psalter meldet wollen wir mit seinen eigenen Worten anführen: Aug. Justinianus Genuensis Ord. Præd. Episcopus Nebiensis, edidit Psalterium octaplum, Genuæ anno 1516. In singulis foliis prima columnella habet Hebraicam editionem, secunda latinam interpretationem, respondentem Hebrææ ad verbum, tertia latinam communem, quarta Græcam, quinta Arabicam, sexta Paraphrasin Chaldaicam, sed literis Hebraicis conscriptam, septima latinam Chaldææ respondentem, ultima continet scholia. Ad eundem modum universum vetus Tastamentum, ac Novum paravit: ubi præter quintuplicem ordinem Hebrææ, Latinæ, Græcæ, & Arabicæ linguæ, addidit etiam Chaldæam, figuris tamen Hebraicis, unà cum ejus interpretatione, & colu-

lumnella scholiorum. Testatur hoc idem Augustinus in epistola ad Bendinellum Cardinalem. Floruit eruditissimus hic vir, ut asserit Sixt. Sen. lib. 4. Bibl. Sanct. sub Leone X. P. M. Romæ in Concilio Lateranensi clarus, moriturque maritima tempestate absumptus anno 1530. dum in Corsicam ad Ecclesiæ suæ administrationem navigaret. conf. *Joh. Bochii* observat. in Psalmos p. 807. Hiebey werden wir wol einen mercklichen Fehler in *Lipenii* Biblioth. Theol. P. II. p. 582. zu corrigiren haben / wenn er *Bened. Augustini* in Psalmos enarrationes citiret / und darauf hinzu setzet: Hic quis sit, nescio, nisi forte error sit, & notetur *Augustinus Justinianus* Episc. Nebiensis, qui Psalterium octaplum edidit. Der Irrthum war bey Lipenio selber / welchen er vergebens bey andern gesucht. Justiniani octaplum und Augustini enarrationes in Psalmos, toto cœlo & seculis differunt. Aus welcher confusion ihm gleich die vorhergehenden Zeilen hätten helffen können / wenn Lipenius schreibt: Aurel. Augustini enarrationes in Psalmos per Benedictino S. Mauri &c. Wäre also nicht nöthig eine andere enodation als diese zu finden: Augustinus (per Benedictinos editus) scripsit enarrationes in Psalmos &c. und dem Justiniano sein Octaplum, nicht aber die enarrationes in Psalmos zu vindiciren / sed hæc obiter.

Sixtus Senensis l. c. p. 203. nennet ihn Professorem observantissimum, Theologum sincerè doctum, & linguarum omnium, quæ toto terrarum orbe dispersæ sunt, peritissimum, und gibt einen

nen kurtzen Entwurff dieser polyglottischen Arbeit conf. *Jovii* Elog. n. 130. *Olearii* abac. p. 60. *Waddingi* Ord. Min. Script. p. 23. *Andreas du Saussay* continuat. Bellarm. de Script. Eccl. p. 11. giebt ihm dieses Lob: Vir haut minus pius quam doctus, & religionis orthodoxæ cultor eximius.

Wiewol JOHANN KERFELDS/ in Schweinfurt/ Deliciæ Davidicæ oder geistliche Psalm-Lust in VII. Betrachtungen übers Psalter-Buch (Giess. 1612. in 12.) eigentlich nicht hieher gehöret/ so hab[illegible] wir doch dieser Arbeit nur mit dem wenigen ingedenck seyn wollen/ weil es statt einer Introduction bey allen Commentariis dienen kan.

R. DAVID BEN JOSEPH, BEN KIMCHI Hispanus, R. Mosis Kimchii Frater, quos itidem inter viros doctos connumerant Judæi, schreibt *Bartoloccius* in Bibl. Rabb. P. II. p. 25. seq. Patrem ס׳ הזכרון, fratrem מהלך שבילי הדעת auctorem agnoscunt. Claruit David Kimchius, ut habet David Ganz, año mundi 4950. Christi 1190. vel secundum auctorem Scialsceel. hakkabala p. 54. an. 4952. Christ. 1192. Ejus patria penitus ignoratur. Idem auctor Scialsceleth hakkabala citato loco eum Narbonensem facere videtur, dum ait: Rabbenu David Kimchi cognomento Radàk de Provincia, vulgò Provenza, Narbonæ fuit año 4952. (Christi 1192.) ut apparet ex ejus libro. Et protraxit dies, quousque viderit Harambam (i. e. Rabbi Mosen Bar Nachman) ut apparet ex literis, quæ scriptæ fuerunt contra librum

brum More. Potuit quidem fieri, ut eo año David Kimchius fuerit Narbonæ, ſed non ob id convincitur, eum Narbonenſem fuiſſe, neq; ex ſuis libris id unquam probari poteſt. Legitur tamen in omnium ferè ſuorum librorum principiis tam impreſſorum, quam manuſcriptorum nomen ספרדי *Hiſpani*, quorum plerique his vocibus exordiuntur: אמר דוד בר יוסף בן קמחי הספרדי וכו *Dixit David Bar Joſeph Ben Kimchi Hiſpanus.* Narbona autem non eſt in Hiſpania, ſed in Gallia, quæ nomen ſuum toti provinciæ confert, hodie vulgo Linguadoca dicta. Igitur non eſt ambigendum, utrum R. David Kimchi inter Hiſpanos auctores Hebræos ſit connumerandus, præſertim cum familia hæc Kimchia ſemper Hiſpana ſit habita: & dum Judæi erant in Hiſpania, nunquam ex eadem familia Kimchia defuerunt Synagogarum Rectores & Academiarum Præfecti, vel in Arragonia, vel in Caſtilia: unde mirandum eſt, quod tam parcè de David Kimchio, alioquin Hebræorum doctiſſimo, ſcripſerint Hebræi: nam auctor צדה לדרך in præfatione ad ſuum Librum, ubi varios auctores recenſet, nihil penitus de Kimchio, ferè nihil in Juchaſſin, ſolùm p. 131. b. dum refert fuiſſe flammis addictum librum מורה & מדע R. Moſis Ægyptii; de eo hæc verba audio: Et *R. David Kimchi, qui fuerat tunc temporis, ſcripſit Sapientibus Lunir de hac re, quæ nimis prolixa eſſet, ſi illam narrare vellemus.* In David Ganz ſolertiſſimo Judæorum Chronographo ad annum 950. quinti millenarii hæc paucula verba de Kimchio inveniuntur, ex

ver-

versione G. H. Vorstii *R. David Kimchi composuit Syntagmata sua circa annum 950.* Unde quæ de David Kimchio dicturi sumus, quæ sparsim hinc inde inveniuntur, maximè ex suis scriptis tanquam spicilegia recolligemus. *R. David Kimchius* qui ex initialibus istarum trium dictionum elementis contracto vocabulo, communiter vocatur רדק. De eo apud doctiores usurpatur illud pronunciatum ex פרקי אבות *Capitulis Patrum*, c. 3. §. 17. אם אין קמח אין תורה *si non est farina, neque est Lex*, quo alludere volunt ad illius nomen קמחי, quasi *farina aspersus*, seu *molitor*; hinc de eo passim dicunt אין קמח בלי קמחי *non est farina sine molitore*, quasi dicerent: *non est doctrina sine Doctore Kimchio.* Vocatur etiam ראש המדקדקים *caput & Princeps Grammaticorum*, non quod nihil aliud doceat quam Grammaticam: sed quòd cæteris omnibus Sacræ Scripturæ expositoribus in litera explicanda accuratior sit, atque fidelior. Præstantissimus Interpres inter Hebræos habetur, minimeque superstiosus, ut ferè semper esse solent cæteri Expositores hujus sectæ. In Christianos parcus insectator, quamvis aliquando, & præsertim in expositione nonnullorum Psalmorum, contra religionis nostræ Sacra calamum constringat acerbiorem. Ejus levissima, & vulgaria argumenta, etsi risu potius digna, quam responsione, nihilominus resolvit & diluit doctissime G. Genebr. in suo libello ad hæc specialiter edito, & Parisiis excuso anno Domini 1566. apud Martinum Juvenem in 8. p. 63. ea

tamen

tamen in novis editionibus Hebraicis expuncta ſunt. Eorum nonnulla jam mutila loca annotavit Pocokius in *Notis Miſcellan. ad Portam Moſis*, cap. 8. eaque in integrum reſtituit. Cæterum circa tempus, quo hic auctor floruerit, quamvis R. David Ganz in ſuo צמח דוד eum referat ad annum 950. quinti millenarii, hoc eſt ad an. Chriſti 1190. & Auctor *Schalſceleth hakkabala* ad annum 952. Chriſti 1192. Quorum calculi, uti cæteris, qui de temporum rationibus ſcripſerunt, diligentiores, aſpernandi non ſunt; attamen non deſunt aliqui, qui enormiter ab hoc calculo aberrant, inter quos unus eſt *Alagazaus* in Chronico, ſeu in libello ſub תולדות אדם evulgato, ab anno 5343. i.e. Chriſti 1583. quo incipit, ad David. Kimchium 243. annorum intervallum aſſignat. Subductis enim annis 243. ab 5343. reſiduum erit 5100. annus ab ipſo aſſignatus pro interpretatione, ſive commentatione Sacrorum Librorum, & compoſitione Libri מיכלול. Diſtat hic computus Algazæi ab alio Davidis Ganz an. 150. vel 148. ab alio Auctoris *Schalſcheleth hakkabalà*. Conſtat autem Algazæum turpiter errare, quia R. Moſes Bar Nachman Gerundenſis, qui ann. 954. quatuor annis poſt Davidem Kimchium collocatur à Ganz, & ex illius Epiſtola, quæ inter Epiſtolas R. Moſis Ægyptii relata p. 45. b. apparet, quod fuerit tempore ipſius Kimchii, cum & ipſe pro Ægyptio ſteterit contra Rabbinos Montispeſſulanos, ut ſtatim referemus. At Algazæus diſceſſum Moſis Gerundenſis ex

N Hi-

Hiſpania Ieroſolymam rejicit ad annum 5028. triginta ſex & amplius annis poſt controverſiam excitatam à Montispeſſulanis Rabbinis: nam anno 4992. Chriſti 1232. agitabatur, ut conſtat ex literis eodem anno datis à Rabbinis Cæſar-Auguſtanis de eadem controverſia. Vide ſis easdam epiſtolas Ægyptii p. 50. Neque veriſimile eſt, virum fere centum annorum, uti eſſe debuerat Gerundenſis an. 5028. Chriſti 1258. Jeroſolymitanum tam longum iter arripere potuiſſe. Quod autem ferè centum annorum ætatis eſſe debuiſſet Gerundenſis, patet, quia anno 4954. ex Ganz in literis floruerat: ergo circiter 25. annorum ætatis erat. Anno 5028. pergit Ieroſolymam: ſi ab his ſubducantur anni 4954. remanent anni 74. quibus ſi jungantur 25. juvenilis ætatis, fiunt anni 99. tempore diſceſſus ejusdem, quod prorſus incredibile eſt. Anno autem 4992. R. David Kimchi erat הישיש decrepitus, ut dicitur in narratione controverſiæ inter Rabbinos Montiſpeſſulani, & alios circa libros Ægyptii, de qua infra. Quomodo igitur potuerit pervenire ad annum mundi 5100, & eo Syntagmata ſua ſcribere, prout vult Algazæus? quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, Davidem Kimchium vixiſſe 200. ferè annis. Unde patet evidenter error Alghazelis Chronologiæ, & quàm ei fidendum ſit, intelliget Lector &c.

Vor jetzo wollen wir gedachte Controvers beyſeit ſetzen/ und nur etwas weniges von ſeinem Commentario in Pſalmos melden / die übrigen Schrifften

ten aber auf eine andere Zeit verspahren. In Psalmos Commentarii cum Textu & Paraphrasi Chaldaica punctis ornata prodierunt Venetiis, una cum aliorum RR. Commentariis, apud Danielem Bombergum anno Domini 1517. in magno folio; & seorsim cum Targum, & Textu Hebraico in folio. Item ibidem apud Jo. de Gara a. 356. minoris supputationis, Christi 1596. in 8. & Isnæ multò prius apud Paulum Fagium an. 302. Christi 1542. in fol. Plurima exemplaria mmssc. ejusdem Kimchii circumferuntur, & in celebrioribus Bibliothecis reperiuntur, uti Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Urbinate, ubi omnia hujus Auctoris scripta diligentissime asservantur. In Bibliotheca etiam Collegii Urbani de Propaganda Fide inter alia msc. Hebraica extant Commentarii ipsius R. David Kimchii in Psalmos, in codice membranaceo elegantissimè scripti charactere Rabbinico, in 4to. In Bibliotheca etiam quondam Eminentissimi & Reverendissimi Cardinalis Brancatii, hodie Illustrissimi & Reverendissimi Dom. D. Stephani Brancatii, Episcopi Viterbiens. & Tuscanensis, virtutum & bonorum Patrui defuncti ex asse hæredis dignissimi, vidi hujusmodi *Commentarios* scriptis eleganter Hebraice exaratos ab Alphonso de Zamorra, quos & scripsit in gratiam Don Francisci Bocaliliæ Hispani anno 1541. in urbe Alcala de Enares. De hoc Hebraico Scriptore vide infra in *R. Joseph Aben Caspi.* Hujus etiam auctoris *Commentarii in totum Psalterium* Latinè nuper redditi sunt à Domino Am-

brosio Januier, Congregationis S. Mauri Monacho Benedictino Gallo, & Parisiis excusi anno Domini 1666. apud Ludovicum Billaine in Palatio Regio in 4to. magno, præfixa docta & erudita *Præfatione ad Divinæ Scripturæ studiosum Lectorem* directa, *& epistola dedicatoria ad Franciscum de Harlay de Champualon, Archiepiscopum Rothomagensem.* Ejusdem in X. *primos Psalmos Commentarii* Hebraicè & Latinè prodierunt Isnæ Paulo Fagio Typographo anno Domini 1544. Et ibidem in parvo folio anno mundi 302. minor. supput. Dom. 1542. apud eundem Fagium, in qua editione plura extant, quàm in priore Veneta, & in fine adducuntur *omnes objectiones contra fidem Christianam petitæ è Commentariis ejusdem.* Bartholomæus Valverdius Gaudia Theologus Hispanus, & Linguæ S. admodum peritus, hujus R. David Kimchii *Commentarios in quinquaginta priores Psalmos* Latinos reddidit, quorum msc. Originarii asservantur Romæ in Biblioth. B. Mariæ Transpontinæ Ordinis Carmelitarum cum aliis msc. ejusdem Valverdii Papyr. in folio, ubi p. 6. de R. Davide Kimchio hæc leguntur: *Vixit* (R. David Kimchi) *non multo post Aben Ezrah, cujus ætas in annum Domini 1146. incidit, Arabicæ & Chaldaicæ linguæ fuisse peritissimum constat ex Onomastico, ubi Hebræas voces ex Arabicis & Chaldæo semper explicat. Scripsit eum in Gotholania* (Barcinone fortè, aut Cæsar-Augustæ, ubi Scholæ tum Judaicæ floruerunt,) *certissimum est: nam voces sacras cùm interpretatur, rara ea vox est, in qua linguam vulgarem*

rem non advocet. Porrò ea, quæ à vulgo petit vocabula, Gotholanica sunt, è quibus multa annotavi, ut vocibus, sive radicibus אגם *Paluda & Estagn, i. e. Palus, stagnum &c.* Quod autem hic auctor dicit, Kimchium vixisse non multo post Aben Ezræ, verum est. Sed si pro ætate ejusdem intelligat mortem R. Aben Ezræ, falsum est eum obiisse anno Domini 1146. cum obierit anno Domini 1194. ut vidimus in *R. Abraham Ben Meir Aben Azra.* Si vero pro ætate intelligat mortem R. David Kimchii, etiam falsum est: nam Kimchius anno Domini 1232. vivebat, quo anno, ut vidimus, causæ Rabbi Mosis Ægyptii contra Rabbinos Montispessulanos patrocinium, quamvis decrepitus, suscepit. Quod autem *Onomasticum* suum, seu librum *radicum*, in Catalaunia scripserit, cujus rei pro signo datur vocum Hebraicarum interpretatio Catalaunica lingua: hoc non est ita certum, ut de exemplis allatis non possit dubitari, an eæ sint voces Catalaunicæ potius, quam Hispanicæ, vel etiam Gallicæ: nam in radice אגם explicans פְּלוּ בלעז או אֶשְׁטַיְין Palu vulgò aut Estagn illud בלעז non tam Catalaunice intelligitur, quam Gallicè & Italicè, ut patet in Commentariis R. Salomonis, quibus passim בלעז vulgariter sed Gallice voces interpretantur, & vox ipsa אגם Exod. 7. 19. אשטנ״ק stagnum Gallicè redditur. Hæc annotata sint, ut argumentum de Patria aut loco, in quo Onomasticum suum Kimchius scripserit, ex his vocibus, & interpretamentis petitum, nihil certi nobis præbere intelligatur.

Und p.35. Cæterum de R. David Kimchio egerunt obiter *Juchassin* p.131.b. *Schalscel. hakkab.* p. 54. in principio paginæ: Samuel Alghazæus in *Toledoth Adam* p.8.b. R.David Ganz in צמח דוד ad annum 950. supra quater millesimum: Genebrardus in *responsione ad argumenta* ejusdem contra nonnullos fidei Christianæ articulos, & in *Indice Librorum Rabbinicorum*, Sixtus Senensis *in Biblioth. Sancta*, Buxtorf. & Plantavitius in *Bibliotheca Rabbinica*. Hottingerus in *Biblioth. Orient.* Pocokius in *Præfatione ad Portam Mosis*: & Spitzelius in *Sacrarum Bibliothecarum illustrium arcanis detectis*.

D. *Anan. Weber* in Adventu Messiano lit. G. 3. nennet ihn doctissimum at Christianis infensissimum Rabbinum. *Musculus*: pervicacem obscuratorem eorum vaticiniorum, quæ ad Christum servatorem nostrum pertinent. vid. D. *Langii* Disp. de lapide angulari, th. IV. §. 6. Virum juxta Paulum *Fagium* (uti ipsum laudat Cl. *Schikhardus* in suo כהפ) in clausula comment. Kimch. in Ps. X. talem, qui, quod literam, quod historiam, quod denique idiomata vocum attinet, plurimum lucis ac utilitatis V. T. adferat. (Wañ *Joh. Frischmuth* in Diss. de non speranda arcæ fœderis restitutione dieses Zeugnüß anführet/ so setzt er billich hinzu: Cap. I. §. 2. nisi ubi odio religionis Christianæ veritati indicit bellum. Quod à Fagio omissum, addendum omninò fuit, nennet ihn aber Interpretem haut è multis.) Nonne ex solo ipsius libro radicum sole clarius ipsius Ebraica eruditio

solidissima refulget? Certè suo Michlol omnem laudem est supergressus. *Joh. Mich. Dilherr* Tom. I. Disp. acad. p. 340. Ebræorum & Christianorum communem ferè Grammaticum. M. *Beckius* in disquis. Hermeneut. p. 155. Ebræorum Priscianum. D. *Pfeiffer* in Dec. select. exerc. sacr. p. 148. (licet in cœteris suum erret errorem, D. *Scherzer* de gloria templi ultimi p. 29.) præstantissimum Ebrææ linguæ Lexicographum. *Tilem. Andr. Rivinus* de serpente seductore p. 119. Judæorum minimè minimum, qui accurate vocum notationes congessit. Doctissimum Hebræorum Grammaticum. *Joh. Mich.* Roßtäuscher in Diss. de voce מני p. 1. *Nic. Fullerus* in Misc. Theol. p. 24. 368. 635. doctissimum Hebræorum interpretem, idem itidem p. 332. Cujus commentarii alias non solùm à Judæis, sed à Christianis quoq; ob eruditionem & perspicuitatem magni æstimantur. D. *Andr. Dan. Habichhorst* in Diss. de statutis non bonis Israeli à Deo datis, membr. II. §. 4. Wann D. *Carpzov* P. I. seiner Trost- und Leichen-Sprüche p. 1007. des Kimchi Comment. in Psalm. erwehnet / so nennet er ihn / einen von den berühmtesten Rabbinen / welcher gar genau bey den biblischen Worten zu bleiben / und sie nach ihrer eigenen Bedeutung zuerklären pfleget / und p. 1010. seq. zeigt er / daß R. Salomon Aben Melech in Michal Jophi viel vom Kimchi ausgeschrieben. In *Bernardi* Catalogo MSC. Angl. P. I. p. 74. n. 1532. ist auch unter *Guil. Laudi* MSC. Dav. Kimchi in Psalmos, Hebräisch zu finden ꝛc.

CHRISTOPH. KNOPFIUS, Frid. II. R. Dan. Conc. Aul. Autor illi fuit Libri Concordiæ rejiciendi, uti è Dav. Chytræi Literis ad Nicol. Kaaſium, Cancell. Regium, colligo. Vid. Chytræi *Epiſtolas p. 68.* ubi & p. 583. 584. Epiſtolam, ad ipſum Knopfium Anno 1587. exaratam, ofſendes. *Explicatio* ejus *Pſalmorum, ac dictorum Biblicorum*, ab ipſo Frid. II. Rege, in Liberorum ſuorum uſum, ſelectorum, Germanica ἀνέκδοτος, Tomis II. comprehenſa, in *Catal.* quodam Hafnienſi memoratur. *Mollerus* in *Bartholinum* de Script. Dan. Hypomnem. p. 200.

D. HADRIANI LAMETII, Henencurii, der unter Käyſer Carl den V. gelebet / Arbeit wollen wir nicht gar vorbey gehen / wiewol es nur ein Anfang deſſen / was er continuiren wollen. *Sixtus Senenſis* l. c. p. 238. ſchreibt: Ex multis patrum commentariis unum opus conſtruxit, in quo ex dictis veterum Autorum primos XXVI. Pſalmos pulcherrimo ordine elegantiſſimè expoſuit. Conf. *Poſſevini* Appar. P. I. p. 715. Fab. *Juſtiniani* Comment. in S. Script. p. 402. (der aber zwey Perſonen aus einer gemacht/und ihn p. 404. *Lamentium* genennet.)

Fab. Juſtinianus l. c. pag. 405. allegiret auch LAMPADANI fragmenta als einen Commentarium in Pſalmos, was aber eigentlich daran ſey/ und wie wenig ſie unter dieſe Zahl gehören / bezeüget *Poſſevinus* l. c. P. II. p. 5. mit dieſen Worten: Lampadanus prologomena ſcripſit in Pſalmos Davidis, extat MSC. in Bibl. Imperatoris Viennæ Auſtriæ.

Eben daselbst citiret Justinianus LANDOLPHUM Carthusianum, der aber niemand anders/ als der itzo bald folgende Ludolphus Saxo ist.

Daß LANFRANCUS, Archi-Episcopus Cantuarensis einen Commentarium über die Psalmen geschrieben / wird zwar von Sixto Senensi l. c. p. 272. (das ich vieler andern schweige/ die es vermuthlich / sowol als Possevinus, aus Sixto genommen/) behauptet / der es opus pium atque eruditum nennet; *Cave* aber in Hist. Eccl. p. 431. vermuthet / daß dieses Werck nebst vielen andern Schrifften Lanfranci verlohren gegangen.

Daß der Engelländer STEPHANUS LANGTHON über die Psalmen geschrieben / haben wir in Personal. Jobi P. II. p. 270. angemercket / und p. 276. versprochen zu andrer Zeit ein mehrers von ihm anzuführen / welches wir hiemit aus *Thom. Popeblount* Censſ. Aut. pag. 283. erfüllen wollen. *Stephanus Langthon*, Anglus ad literas natus, *Gymnasii Parisiensis* Magister in *Theologia*, & ad fanum *B. Mariæ* Canonicus secularis, ac tandem supremus ejus studii Cancellarius in Philosophia *Aristotelica* nulli suo tempore habebatur secũdus. Utramque Theologiam, & *Scholasticam & interpretativam*, ingenio callidus, novo *prælegendi* genere per subtilitates docuit, *Scripturasq; Sacras* multis annis quam superstitiosè per *allegorizationes* ac *moralizationes* exposuit. Qui mos diabolicus unoquoque ferè pro sui ipsius interpretante commodo maximum *rei Christianæ* detrimentum, ad hanc nostram ætatem semper in deterius

 accre-

accrevit. His initiis clarus, & *Romam à Pontifice Innocentio III.* accitus, inter *Palatinos*, *Palatinus* & ipſe, *Theologiam* publicé profitebatur: ad S. *Chryſogonum* Presbyter tandem *Cardinalis* effectus: Mortuo interim *Huberto Cantuarienſi* Archiepiſcopo, idem Pontifex (inquit *Lelandus*) adſolitas artes recurrens cauſabatur neſcio quid, ut *Stephanus* iſte ſubſtitueretur. Satis enim (ait) ſatis ſciebat illum in *Anglia* magno uſui ſibi futurum, utpote hominem â ſe ipſo, non ab *Anglo*, honoribus auctum. *Joannes* vero *Rex*, ut erat animo excelſo & planè invicto, tantam injuriam non ferens, *Stephano* ſtatim regno ſuo interdixit. *Joan. Balæus.*

Dum eſſet *Archiepiſcopus*, ad reformandum *Clerum & Populum* Anglicanum, inſignes *Eccleſiaſticas* Conſtitutiones numero quadraginta & octo prudentiſſimè compoſuit. Omnes tum *Veteris*, tum *Novi Teſtamenti* libros primus omnium in *capita*, uti nunc habemus, ad eorum qui ſacris Literis ſtudent utilitatem, multo cum judicio diſtribuit & diſtinxit. Quod ante illum fortè vix quisquam unquam cogitavit, & in iis poſt illum nemo mutandum aliquid judicavit. *Joan Pitſeus.* *Thomas Waldenſis* in *Doctrinali* mentionem honorabilem hujus viri non ſemel facit, & ejus argumentis atque auctoritate nonnunquam utitur. *Stephanus Anglicus*, Gymnaſii *Pariſienſis* quondam decus & rector, in divinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, atque in Philoſophia *Ariſtotelica* nulli ſuo tempore ſecundus, Theologiam multis annis

annis gloriosè docuit, & primus Scripturam Sacram *moraliter* exponere cœpit. Et hinc mos inolevit, ut Magiſtri Scholaſticæ Theologiæ divinos libros in ſcholis lucidiùs & faciliùs aperirent: ſcripſit ergo in ſacras literas multos præclaras expoſitiones, ſed præſertim in Octateuchum Commentariorum libros undecim, & in ſexdecim Prophetas libros ſexdecim, ſtylo & affectibus non ingratos, ſicut ex Fragmentis ejus, nuper à *Tilmanno* Carthuſiano in Tomis Allegoriarum publicatis, apparet. *Sixt. Senenſ.* Biblioth. Sanct. l. 4. Homo egregiè doctus vocatur *Franciſco Godvvino* in lib. de Præſul. Anglic. ob eminentiam ſcientiæ morumque probitatem factus eſt Archiepiſcopus *Cantuarienſis.* *Oudin* in ſupplem. de Script. Eccleſ. à *Bellarmino* omiſſis. Extat Libellus de *Translatione B. Thomæ Cantuarienſis* ad calcem Epiſtolarum *Thomæ Becket* nuper edit. *Bruxell* 1682. 4to, ad R. *Joannem* ap. Dacher. Tom. III. inedita dabunt *Balæus*, *Pitſæus*, *Jameſius*, alii.

CLEMENTIS LANTHONIENSIS, presbyteri & Canonici, Liber Pſalmorum cum gloſſa iſt mir aus den Codd. Mſc. Thom. Bodleji in Bernardi Catal. Mſc. Angliæ P. I. pag. 119. n. 2312. bekannt worden. Ein mehrers von dieſen Autore ſol in Harmonia Evangeliſt. gedacht werden.

JOHANNES LATTEBURIUS (*Lathbery*, item *Lateburg* aliis,) Anglus, Ordinis minorum Rhedingenſis Cœnobii, ſcripſit Explicationem Pſalmorum. Vivebat A. 1406. *Poſſevinus* Tom. I. Appar. p. 905. *Crovvæus* l. c. p. 219. nennet ihn

aus

aus dem Balæo: palmarium ſui temporis Theologum, meldet aber von jetzt gedachter Erklärung des Pſalters nicht ein Wort. *Waddingus* in Script. Ord. Minor. p. 213. ut philoſophum & Theologum magnopere commendat. König in Bibl. p. 459 macht aus dieſem einigen ohne Urſach zwey Autores, einmal neñet er ihn Joh. Lateburium, der A. 1406. gelebet/ das andermal Joh. Lathberium, der A. 1460. ſchon berühmt geweſen. *Henr. Wharton* in Append. ad *Cave* Hiſt. lit. p. 59. ſchreibt: Balæus Cent. VII. c. 34. nenne ihn unrecht Lathberium, und ſpricht: Eximium inter iſtius ævi Theologos in Academia Oxonienſi locum tulit. Zu letzt aber ſchreibt er: Commentarii in Jeremiam, in Acta & Pſalmos &c. interiiſſe videntur, certè nondum in lucem prodierunt.

LEANDER, Hiſpalenſis Epiſcopus, deſſen *Sixtus Senenſis* L. IV. p. 272. *Poſſevinus* l. c. Tom. II. p. 14. ſeq. *Bochius* l. c. *Cave* l. c. p. 301. ſeq. und andere gedencken/ iſt hieher nicht zu zehlen/ weil er keinen Commentarium, ſondern nur Orationes & meditationes in Pſalterium geſchrieben.

LECHBERTUS, (aliis Lethbertus S. Rufi,) Anglus, & Ord. regular. Canon. Abbas, ſcripſit Commentarios ad Pſalmos Davidis, teſte *Poſſevino* l. c. p. 15. vixit A. 1210. Dieſe ſind unter den Mſc. Codd. *Guil. Laudi* zu finden. vid. *Bernardi* Catal. Mſc. Angliæ P. I. p. 71. n. 1345.

Daß der Engelländer EDUARDUS LEIGH A. 1657. in fol. zu Londen einen Commentarium in Pſalmos geſchrieben/ haben wir vorhin (aus dem Kempio) P. VIII. p. 21. angezeiget. *Jac. Cranford* in

Cenſ.

Cenſ. ad Leigh. Crit. P. II. und *Crovvem* l. c. p. 116. nennen ihn Armigerum. In Critica S. ex editione *D. Carpzovii*, wird er alſo beſchrieben: Eques, L. A. M. & Aulæ Magdalenæ Oxonii Præpoſitus. conf. Acta Erudit. A. 1697. p. 192. & König Biblioth. p. 465. Heinrich Ludolf Benthem in ſeinem Engelländiſchen Kirchen und Schulen-Staat p. 614. ſetzt ihn unter den Extract der gelehrteſten Männer tempore Caroli II. ja es ſagen die Engelländer / fähret er weiter fort / daß damahls ihre Theologie die rechte Höhe erlanget habe / ꝛc.

JOH. à LENT Obſervationum Sacrarum in Hymnos Davidis Specimen primum, (Herborn. 1690. in 4to.) habe um deswillen nicht vorbey gehen wollen / weil es Herr *Tenzel* in den Monathlichen Unterredungen A. 1692. p. 35. ſeq. ſo trefflich lobet. Sehet da / ſchreibt er / das Muſter eines neuen Commentarii über die Pſalmen / welcher mit ſolchen Fleiß und Judicio verfertiget wird / daß er denen vorigen wenig zuvor giebt. Das Specimen begreifft in ſich den erſten Pſalm / und Anfang des andern / ich will aber beym erſten bleiben / und nur das Specimen Speciminis geben.

V. 4. wird geſagt / daß die Gottloſen ſind wie Spreu / die der Wind zerſtreuet. Der Herr Auctor läſt es dabey nicht bewenden / daß er nach dem Exempel anderer Commentatorum lehret / wie die Gottloſen / als leichtfertige und von allerley ſündlichen Begierden hin und her getriebene Leute / mit der Spreu zu vergleichen / ſondern er gehet noch weiter / und zeiget ex Legibus Judæorum Agrariis,

welchergestalt die Juden bey ihren Aeckern Tennen gemacht / unter dem freyen Himmel/ (daher der Thau darauf fiel/wie Gideons Wunderzeichen bezeuget/Jud.VI.37.) entweder zwischen der Saat/ oder an einer Ecken/ darauf sie das reiffe Korn legten / und damit es desto eher trocknete / umwendeten / auch zu seiner Zeit ausdraschen. Denn sie hatten keine Scheuern / wie wir haben. Sie gaben eben Achtung / daß sie die Tenne an einen erhabenen und abhängigen Ort machten / daß der Wind durchstreichen / die Spreu hernach abwehen / und das Wasser/wenn es zuviel regnete/füglich ablauffen kunte. Man muste sie auch mit einer grossen Waltzen/ oder andern Instrumenten / gleich und hart machen / daß das Korn nicht in die Erde gedruckt würde/ das Dreschen aber geschah durch Ochsen / oder durch Menschen. Jene zogen entweder eine Schleiffe oder Wagen über die Garben hin / oder tratten sie nur mit ihren Füssen und Klauen aus. Aber zur Kriegs-Zeit / wenn die Ochsen weggeraubet waren / schlugen die Leute das Korn mit Stecken aus / welches sie sonst nur bey zarten Hülsen-Früchten thaten / als Wicken und Kimmel / Esa. XXVIII. 27. Wenn das Dreschen geschehen / sauberten sie das Korn von der Spreu / und erwarteten dazu einen angenehmen West-Wind / der im Sommer zu blasen pfleget. Wenn aber der Wind etwa aussen blieb / musten sie das Korn worffeln / damit sie der Winter nicht überfiele. Das ist eine feine Observation, fähret er fort / und gibt den Gebrauch der

Rabbi-

Rabbinischen Schrifften zur Auslegung der Bibel zu erkennen / welche bißher sonderlich von den Engel- und Holländern in vielen Schrifften gezeiget worden. Denn ob wir gleich in Ober-Teutschland auch wackere Leute haben / die solchen Usum entweder schon gezeiget / oder zeigen könten; So weiß ich doch nicht / ob die jetzige böse Zeit / oder sonst etwas / das man nicht gerne nennet / sie von mehrer Excolirung abhält / desto mehr ist unser Herr D. Lent zu loben / daß er die hierinnen gesammlete Wissenschafft der gelehrten Welt zum besten geben will. Also in Holland lebet jetzo Campegius Vitringa, welcher in diesem Studio nicht leicht einem etwas nachgiebt / und Tag und Nacht drüber liegt / wie aus seinen Archi-synagogo und Observation. libris zu ersehen. Das ists aber nicht allein / redete Leonardo weiter / sondern die Rabbinischen Schrifften geben uns Christen noch einen stattlichen Nutzen / den ich aus Laurentii Odhelii Synagoga bifronte, Francofurti 1691. 4t. zeigen will / wenn ich nur zum Lobe des Herrn Lenten werde erinnert haben / daß er fast bey einen jeglichen Worte allegiret / des bey denen Gelehrten in grosser Renomèe stehenden *Andreæ Masii* Scholia anecdota in Psalmos, welche seinem Wercke keinen geringen Splendeur geben / als die Edelgesteine dem Golde / darein sie gefasset sind.

Von R. LEVI BEN GERSON haben wir P. II. Person Jobi p. 285. vernommen / daß er über alle Biblische Bücher commentiret / und da wir seine Scripta daselbst aus dem Bartoloccio specificiret / findet

findet sich doch der Commentarius in Psalmos expresse nicht darunter. Er ist aber doch daselbst unter den Hagiographis anzutreffen / und nach Bolduani Bericht zu Venedig durch Daniel Bomberg heraus kommen. *Ganz.* in Zemach. p. 145. vocat excellentem sapientem. Vid. *Buxtorf.* in Abbrev. p. 160. König Bibl. p. 471.

Heideggerus in Enchirid. pag. 441. citiret den GUIL. LINDANUM als einen interpretem Psalmorum, aber ohne einige anzeige / was er eigentlich darüber geschrieben. Wann ich *Val. Andreæ* Biblioth. Belg. seinetwegen consulire / so finde p. 325. seq. daß er (sehr vieler andrer Schrifften zu geschweigen/) publiciret: (1) Paraphrasin & castigationes in Ps. CXVIII. cum Isagoge & Oratione parascevastica in eundem, (2) Psalterium Vetus à mendis Ↄↄc repurgatum & de Græco atque Hebraico fontibus illustratum, (3) Paraphrases in Psalmos XXX. priores, (4) Paraphrases in Psalmos ad laudes antelucanas decantari solitos. (5) Paraphrasin in VII. Psalmos pœnitentiales, ad concipiendum veræ compunctionis spiritum concinnatam, (6) Prælo paratus erat, teste *Arnoldo Havensio* Paraphrasis in Psalmum: *Exurgat DEus* &c. Was von seinen Schrifften je und je geurtheilet worden / wollen wir aus folgenden erläutern. *Thom. Bangius* in trophæo protevang. lit. B. 4. schreibt: Lindanus Pontificorum dogmatum fervidus propugnator, & Hebr. textus haut rarò iniquus Censor. *Fullerus* in Misc. Sacr. L. III. c. 13. sub fin. p. 367. Quo turpior est Lindani

&cæ.

& cæterorum ejusdem generis Sophiſtarum, Hebraicè ſcientium, (nam Juſtinum, Auguſtinum, aliosq; veteres piosq; Patres ſatis tutatur linguæ ſanctæ imperitia, quam ipſimet quoq; ingenuè agnoſcunt,) egregius ſtupor & perdita impudentia, qui idcirco exemplarium Hebræorum incontaminatæ & divinæ puritati labem aſpergere ſatagunt, quod ea Græcis & Latinis per omnia non reſpondeant. Quaſi verò amuſſis ad materiam vel perpendiculum ad columnam ſit exigendum. Sein Leben bleibe biß zur andern Zeit verſpahret. Curieus iſt die Nachricht/welche wir nebſt einigen Lobſprůchen Herrn Crenio zu dancken/ P. VIII. Animadv. Philol. pag. 56. ſeq. Pontificii habuerunt Guil. Lindanum Dordracenſem, Doctorem & regium Conſiliarium, quem non modò Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. d. XXIII. Novembr. vocat: virum *non tantum omnis generis literarum eruditione clariſſimum, verum etiam egregii Confeſſoris fidei nobilitatum inſignibus, quippe qui exilia, proſcriptiones, ærumnas incredibiles, ac mortis ferè frequentes inconcuſſo robore fidei cauſſâ ſuſtinuit:* ſed &, quod obſervari velim, Hadr. Junius in p. m. 268. Epiſtolar. ita celebrat: *Qui has ad te perfert ornatiſſ. Joan. Sambuce, in inluſtri poſitum habet nomen, tum titulo, tum ſcriptis evulgatis orbi notus; eſt enim Ruremundenſis Epiſcopus, Theologiæ Doctor, Panopliæ, quam haud ſcio, an videris, ſcriptor: Guilelmo Lindano nomen eſt. Is per me muniri ſibi aditum ad tuas aures expetiit, cui ut in officio deeſſe nequeo, ita etiam per ſe claræ doctrinæ facile tibi commendabit. Novi enim*

tuam liberalis institutionis comitem individuam, facilitatem in admittendis ad amicitiam, & complectendis eruditis viris. Illi nihil magis in votis esse intelligo, quam ut librarias tuas divitias aliqua ratione cognoscere possit ac frui, quam illi operam non denegabis, ut confido, humanissimo viro tu ipsa humanitas, quod sine tuo studiorumq; dispendio aut incommodo fieri queat, pro amicissimo mihi olim capite intercedo, ut saltem aliquod apud te pondus mea habuisse scripta intelligat. Vale pridie Agnetis. Ipsa vero de Lindani Panoplia sequentem non erit nullum epistolam ejusdem Junii legere pretium operæ; quare ipsam ep.m.446. hic eam repeto: Hadr. Junius Guilielmo Lindano. Libros Panopliæ tuos in magnis meis occupationibus percurri, vir ornatiss. non sine admiratione, unde inexhaustum illud argumentorum pelagus, & autoritatum tantarum immensus gurges inundarit tibi: certè lectis iis & eruditiorem me redditum, & ad pietatem alexipharmacis quibusdam instructiorem fateor. Librariorum errata in Latino quidem contextu non pauca deprehendi, sed infinito plura in Græcis autorum testimoniis: in quorum versione conatus sum semel atque iterum Aristarchum agere, & miniatas ceras parare (quod officii præstari tibi flagitâras;) idque exemplo Dædali Virgiliani, sed toties cecidêre manus, tandemque & ab incœpto destiti, conatus meos irritos ac supervacaneos expertus. Unum tamen atque alterum locum indicasse lubebit, si modò æquis feres auribus &c. welches er auch in den nachfolgenden redlich præstiret.

Von

Von ALOYSIO LIPPOMANO, Veneto, Episcopo Veronensi, schreibt *Andreas du Saussay* in Contin. Bellarm. de Script. Eccl. p. 33. seq. Hic sane illustri prosapia ortus, Patricius erat Venetus, cum meritis insignis, Episcopus factus est, tumq; ut lucerna splendida, miris cum doctrinæ & sapientiæ fulgoribus radiaret, evocatus Romam, à Julio III. ad Concilium Tridentinum legatus missus est anno 1551. Redux, à Paulo IV. in Poloniam destinatus anno 1556. contra hæreses: tantum in odium sectariorum incurrit, ut ab eis de vita sit periclitatus frequenter, sed Deo protegente incolumis reversus, purpuram, quam pleriq; imeriti ambiunt, ne hoc studio tot in discrimina tenuisse videri posset, data opera neglexit. Tandem vir integritate, pietate ac doctrina præstantissimus, in pace Christiana feliciter obiit 1559. in hoc maxime prædicandus, quod variis legationibus occupatus, quibus semper summa laude functus est, litterarum studium & scribendi laborem nunquam intermiserit. Catena hoc ostendit, ex Græcis & Latinis auctoribus, in Genesin, Exodum, & Psalmos elucubrata, cui interdum doctas suas annotationes interseruit; sermones quoque habuit de Symbolo, insuper de Sanctis per totum anni circulum. Eximium edidit præterea patrio idiomate librum scriptum, *Confirmatio dogmatum omnium Catholicorum.* Collegit deinde vitas Sanctorum octo voluminibus, ex plerisque optimæ notæ monumentis, eo fine, ut, inquit, Christi fideles eodem semper fidei dogmate, easdem semper

Patrum traditiones, ut qui in hanc diem viguisse
considerantes, plurimum in orthodoxa fide con-
firmentur, & sine hæsitatione profiteantur: de-
mum Ecclesiam suam contra innumerabiles hæ-
reticorum inventiones sollicitudine plus quam
paterna, in unitate fidei conservasse & protexisse
prædicatur. Conf. *Ittigium* de Catenis Patrum
p. 657. 757. *Imbonatus* in Bibliotheca Latino-
Hebraica p. 301. giebt diese Nachricht: Reip. Li-
terariæ consignavit *Catenam ex Latinis, & Græcis
Auctoribus contextam*, interpositis interdum, &
ipsius Aloysii doctis notationib9, & ordine quidem
decentissimo (sicuti etiam *Sixtus Senensis* obser-
vavit;) Catenam hanc ipse è Patribus sibi invicem
secundum temporum seriem succedentibus con-
texuit, interjectis de suo annotationibus. In primis
autem præposuit Patrum explanationes ad intelli-
gendos obscuros literæ sensus, allatis in medium
Hebraicis, Græcisq; exemplaribus, unà cum
Chaldaica editione. Deinde, sub unius mysticæ
explanationis nomine, collegit quæcunque perti-
nent ad reliquos tres Divinæ Scripturæ sensus,
Allegoricum, Tropologicum, Anagogicum,
omissis digressionibus eorundem Patrum. Quo-
niam verò cupere aliquis posset in tanto opere ci-
tationes ipsorum locorum, qui extant apud eos-
dem Authores, è quibus Catena confecta est, pro-
pterea Catenæ Auctor legendus est initio sui ope-
ris, ubi quædam Lectori prænotanda scripsit:
quippe præmonet, quo modo recte accipienda
Sein Leben ist in M. *Zeumeri* Vit. Profess. Jenens. (edit. noviss.) p. 28. seq. und Herrn Fischlins Memor. Theol. Wirtemb. P. I. p. 8. zu finden. Joh. Rosa hat A. 1562. zu Jena eine Oration de vita nostri Schnepfii gehalten / welche noch im selbigen Jahr zu Leipzig in 8. gedruckt worden.

Als Philipp / Landgraf zu Hessen A. 1530. auf den Reichstag zu Augsburg sich begeben / reiseten zugleich auf Befehl diese Theologi mit: Erhardus Schnepfius, Hofprediger / und D. Conradus Ordinger, t. 4. Cœlest. p. 133. & 134. Vom Schnepfio schrieb Philippus an Lutherum: Venit unà Schnepfius Vir optimus, tuiq; amantissimus &c. Ait, Principem suum urgeri mirificè assidue Helvetiorum litteris. Hoc me valde excruciat. For-

tasse prodest, te ad ipsum, aut certe ad nostrum Principem juniorem litteras mittere, ad confirmandum animum τοῦ μακέδονος in sacra doctrina t. 1. Cœlest. p. 40. *Joh. Saubertus* in Miraculis Aug. Conf. p. 130.

Daß D. THEOD. SCHNEPFIUS Brentii Commentarium in Psalmos continuiret, haben wir vorhin P. VIII. p. 402. seq. unter Brentii Nahmen vernommen.

Was Fab. Justinianus l. c. p. 403. und p. 405. mit JOH. SEILERI mystica expositone und Davidis ANTONII SCOPÆ, Elucidat. Britan. haben wil / kan nicht errathen / weil diese Autores nie gesehen.

MATTHÆUS SCORNAIUS, ord. Præmonstratensis Abbas apud Niniven, Flandriæ oppidum, conscripserat

Commentarios in Psalmos Davidis.

In Esaia Prophetiam. Et *Sermones* varios.

Qui apud Ninivenses MSC. exstare solent, sed turbatis temporibus perierunt. Ex Joan. Bunderio *Valerius Andreas* in Biblioth. Belg. p. 656. (p. 599. edit. prior.)

ABRAHAMI SCULTETI Psalm-Postill / darinnen auf einen jeden Sonntag im Jahr einer oder mehr Psalmen erkläret werden / hat *Nic. Eccius* Lemberg. Siles. Hofprediger zu Heidelberg / zum Druck befördert / Frf. 1644. in fol. Edit. III. In der Dedication an Churfürst Friedrich / Pfaltzgrafen bey Rhein schreibt gedachter Eccius: wiewol Scultetus solch Werck selbst vor die Hand zu neh-

nehmen und zum Druck auszufertigen Willens gewesen: so hat er doch wegen anderer ihm obliegenden vielfältigen Geschäfften nicht dazu gelangen können/und es derowegen mir als seinem Collegæ, und dem sein Schlag zu predigen nicht unbekannt wåre/ anvertrauet. Also hab ich michs im Namen GOttes unterfangen/ und theils aus seinen hiebevor über ein Theil Psalmen ausgegangenen lateinischen Ideis, theils aus seinen geschriebenen Concepten/ so gut ich gekont/aufs Papier bracht/ und mich beflissen/ allenthalben seine Meynung verståndlich/ deutlich/ und dergestalt fürzubringen/daß es die Einfåltigen wohl fassen kônten/auch deßwegen einer solchen Art zu reden mich zu gebrauchen/ welche seiner (Herrn *Sculteti*) Art wo nicht allerdings gleich/ doch etlicher massen åhnlich wåre. *Ex omnibus Postillatoribus*, scribit Gisb. Voëtius, Bibliothecæ Studiosi Theologiæ, c.XVII. p.m.215. *quos quidem nobis contigit videre, aut vacavit carptim consulere (cum textus dominicales olim primis auditoribus nostris ex Papatu vix emergentibus, & à Papatu undique circumseptis explicaremus,) meliores commendare non possumus, quam Zepperum & Scultetum. Posterioris sola Idea fortè sufficerent.* De Abrahami Sculteti Postillis, (ut vocant barbare & nullo sensu) Ecclesiasticis optimè Francofurti Anno MDCLXVIII. in fol. editis, post editionem in 4. sæpius à me lectis & usurpatis, minime verò de macris, nemini placentibus, nec ullum in auctionibus emtorem reperientibus Ideis Voëtio con-

 sentio,

ſentio, dubito, an hoc Sculteti utiliſſimum Ecclesiæ Reformatæ ſcriptum vocare debeam? Cæterã ſanè ſi forte deliciis ab Evangelicis ejus diſceſſe ris, non adeo magni ſunt momenti. Annales ſunt imperfecti, & laborat illorum fides nonnunquam. Sed in concionibus Heidelbergæ Scultetus, & Ambergæ Joh. Salmuthus regnabant tunc. *Crenius* Exerc. II. de libris ſcript. opt. p. 47.

Dieſer Scultetus ſol die meiſten Conſilia dem Churfürſten von Pfaltz (welchem gedachte Pſalm-Poſtill 1618. dediciret worden) zur Annehmung der Böhmiſchen Crone gegeben haben / denn er meinte auf dieſe Art Primas Bohemiæ zu werden / wie Zehnerus in ſeinen Novellen A. 1695. meldet / welches der ſeel. Schurtzfleiſch auch bey aller Gelegenheit behauptet hat.

So wird er auch unter die Plagiarios gezehlet. Vid. *Crenii* Animadv. Philol. P. X. p. 200.

D. *Affelmann* in Syntagm. P. I. p. 1055 nennt Jhn infelicem Origenis cenſorem.

D. Thummii Scultetus Cacodoxus (A. 1621. in 4. Tubing.) iſt bekannt / darinnen er und ſeine Lehre übel beſchrieben wird.

Seine Medulla Patrum wird von den Jeſuiten *Labbe* in Bibl. Biblioth. p. 315. aufs ärgſte abgebildet / von D. *Titio* aber in tr. de phraſibus Veterum Eccl. Doct. p. 10. gar ſehr gelobet / quia magno utiliſſimoque ſtudio luſtrationem veterum Eccleſiaſticorum Scriptorum per ætates incedendo inſtituit, & ſpuria à genuinis, obſervato tempore, dogmate, Stylo circumſpectè diſcer-

discernere docuit, etsi partium Studium censuram aliquando exasperaverit. In Jani *Jac. Boissardi* Biblioth. Chalcograph. lit. II. stehet unter seinem Bildnüs:

Mille animas servans Scultetus voce diserta,
Nunc animam in Cœlo servat & ipse suam.

Wann anders wahr ist / was vorhin Zehnerus erzehlet / so stimmet Ihr Zeugnüs nicht überein.

Der vortreffliche Seckendorf nennt Ihn insignem ex Reformatis Scriptorem, in Hist. Luth. L. II. p. 17.

D. Lucas Osiander hingegen hat Ihn vor einen Atheum gehalten / Vid. D. Scharffens Unschuld wider D. Calixti Auflagen p. 54.

D. Hoë in seiner wolgegründeten Verantwortung wider das Berlinische Gespräch p. 139. meldet / daß Scultetus in seiner Medulla Patrum sehr viel Crimina falsi begangen / und p. 5. zeigt er nicht undeutlich / daß Scultetus der Autor dieses lästerlichen Gespräches sey. Ein mehrers hievon ist in *Placcii* Theatr. Anon. p. 95. 107. 419. zufinden.

Sein Leben hat Freherus umständig beschrieben in theatr. Vir. clar. p. 424. Er starb zu Emden im Exilio 1624. Regenvolscius schreibt A. 1625. Æt. 59. und ist sein Fürst weder zur Böhmischen Crone / noch zu seinen eignen Landen kommen.

Disertissimus concionator, Theologiæ, Antiquitatis & Hist. Eccl. sedulus Sectator. *Lætus* in Compend Hist. p. 755.

Calvinista callidus, D. *Quenstedt* de patriis p. 193.

Ab hoc manarunt duæ Decades Annalium Evangelii ab Anno Christi 1516. ad An. 1536. ed. Heidelb. An. 1618. & An. 1620. in 8. De eo ita *Adamus Tribbechovius* in Prolegomenis Exercitationum ad Baronii Annales p. 3. *Potuisset hic, si quisquam alius, contra Baronium experiri, & fortassis etiam Casaubono palmam facere dubiam, si quantum in lectione Patrum, tantum quoque in profanæ literaturæ* κρίσει *profecisset: ne autem cœpta pertexeret, fata manum injecere.* Sever. Walth. *Sluterus* in Propyl. Hist. Christ. p. 37. seq.

Psalterium Davidicum Logico-Rhetorica analysi illustratum singulari studio & opera M. JACOBI SCULTETI, Crosna-Silesii Pastoris ac Inspectoris Wüsterhusani in Marchia. *Wittebergæ* Impensis Zachariæ Schureri Bibl. Excusum typis Richterianis, An. 1619. in 8.

Diese Arbeit hat er seiner Vaterstadt Crossen/ insonderheit der darinnen florirenden Puchnerischen Familie dediciret. Darinnen er unter andern meldet: Quadriennium est penè, cum me totum meditationibus scriptorum θεοπνεύστων mancipavi, non ut leni brachio in eis versarem, sed adhibitis organis linguarum & artium, pro modulo meo, methodum & argumenta rerum præcipua annotarem, inque chartas memoriæ gratia conjicerem, hoc enim modo longè facilius ad mysteriorum divinorum solidiorum cognitionem perventurum me opinabar. Res Deo bene-

benedicente inter labores & curas molestissimas sic benè successit, ut præcipuos libellos pertractarim, Psalterii verò, qui resolutionem videbant, cum publicè exscriptam effixamque vellent, non tamen ante obtinuerunt, quam cum Augustanæ confessionis excellentissimo Theologo Dn. Doctore *Balduino* communicarem, nam cui alii, multis hodie ἀλλοφύλοις, traderem, non inveniebam, ibi fides, ubi Fides. Hic quia evulgari voluit, mihi nemo imputet, multò minus succenseat, quod in cæteris Θεοπνεύστοις pari filo utor, si labor ad palatum sanctorum erit, non molestum, Deo volente, cætera ad modum Paratitlorum brevi instruere.

Von der Puchnerischen Familie giebt er diese Nachricht: Sanè pietas vestra meruit, ut meditationibus sacris honoraremini: Beati enim Lutheri καλὴν παρακαταθήκην impensè patria cum in Ecclesiâ tum Scholâ huc usque, doctissimis & fidelissimis usa speculatoribus, venerata es: in familiâ autem Puchneriana memoriâ dignissimus *Johannes Puchnerus* proavus meus, qui Annæmontanam incolens, cum B. Lutherus reformationis initium fecisset, & aliquousque progressus esset, bonis omnibus divenditis cum uxore & avia meâ Wittebergam discendæ pietatis ergò concessit, Lutheroque familiariter usus est, donec ad Syndicatum Crosnensem vocaretur. Hic quantopere cum ipso penè lacte materno pietatem filiis & filiabus suis instillarit, non est hujus loci ut commemorem; nostis me longius re-

ctius vir Reverende & Clarissime DNE. M. Jo-
hannes Puchnere, Pastor & Superintendens Baro-
natus Bibersteiniani, & tu amplissime & pruden-
tissime DN. Nathanael Puchnere, consul Reipubl.
Crosnensis &c.

Darauf folgen unterschiedliche Lobsprüche D. Frid. Balduini, D. Joh. Gerhardi &c.

CHRISTOPH SEEBACH (der es in Berlin durch öffentliche Vertheidigung der Wiederbringung aller Dinge / und andere fanatische Excesse so weit gebracht / daß er auf Königlichen Befehl / dem er sich eine geraume Zeit widersetzet / Anno 1709. des Landes verwiesen worden / vid. unschuldige Nachrichten An. 1710. p. 18.) hat seine irrige Lehre auch in Erklärung einiger Psalmen ausbreiten wollen / Ibid. Anno 1701. p. 748. Anno 1709. p. 495. seq. Wir wollen aber sein ferners Andencken biß auf den Prediger Salomonis versparen / und Ihm indessen mentem saniorem anwünschen.

Unter die jenige Theologos, die ihren unermüdeten Fleiß über die Psalmen gezeiget / ist mit höchstem Recht D. NICOLAUS SELNECCERUS zu zehlen. Wir haben schon etwas davon P. VIII. p. 568. unter Eberi Nahmen erwehnet / jetzo wollen wir von seiner Arbeit in Psalmos absonderlich handlen.

Er hat das Werck in III. Bücher eingetheilet / ein jedes hält 50. Psalmen in sich. Norib. 1563. in fol.

Den ersten Theil hat er dem Sächsischen Churfürsten

fürsten Augusto und dessen Gemahlin dediciret/ dariñen er wider das viele Bücherschreiben gewaltig klaget / und aus dem Clemente Alexandr. behauptet: Ein jeglicher Scribent sey vor GOtt an Eidesstatt verpflicht allein auf die Besserung/ Glauben / Trost und Seeligkeit der Gemeine zusehen. Ich habe mich aber (fährt er weiter fort) eben an ein groß / trefflich und geistreich Buch gemacht / welches fürwar einen Mann und erfahrnen/versuchten/und durch viel und mancherley Creutz eingezogenen und recht gebrochenen Doctor und Ausleger erfordert / der ich noch lang nicht werden kan. Dann was der Psalter Davids für ein Buch ist / erfahren alle / so sich darinnen üben und studiren. Es ist auch kein heiliger / noch trefflicher Mann / oder Lehrer / Regent oder Christ jemahls in der Christenheit gewesen / der anders der Kirchen / und seiner und ander Leut Seeligkeit hat recht und mit Ernst dienen wollen / der nicht das Buch hoch gehalten / und als einen unergründlichen Brunnen / darinn Gottes Weißheit / Will und Warheit / starck und mit Macht / sanfft und gewaltig fleust / angesehen / und sich darob in seinen gantzen Leben verwundert hätte / daher es auch billig eine kleine Bibel genennet ist worden / da offt in einem Wort / ja in einer Sylben eine schöne Lehr/ und ein feiner Trost ist / und allhie gewißlich wahr ist / was die gelehrten Medici von ihrem Hippocrate sagen; Nihil parvum, nihil contemnendum. Erstlich hab ich keines Wegs diese meine

Auslegung und Predigten des Psalters darum fürgenommen / daß sie jemals solte andern durch Schrifften / viel weniger durch den Druck mitgetheilet werden / sondern dieweil ich zu Hofe den kleinen Kinder Catechißmum Lutheri (dabey uns GOtt gnädiglich erhalte /) geprediget / und doch der gemeinen Reisen halber bißweilen denselben muste anstehen lassen / und etwas anders für mich nehmen und tractiren / habe ich im Namen GOttes das erste mal auf dem Marienberg Anno 1561. den 23. Septembris, den ersten Psalm angefangen zu predigen. Bald bin ich angeredet und gebeten worden / also in den Psalmen fortzufahren / dazu ich dann auch nicht bösen Lust gehabt / und hab mich demnach mit Anruffung unsers HErrn JEsu Christi unterstanden / den Psalter für mich zu nehmen / und den frommen einfälltigen Christen mit Hülff und Gnad GOttes etwas zu erklären / und wo nicht mehr / nur die schlechte Summa und Ordnung anzuzeigen. Denn so etliche weitläufftigere und bessere Erklärung / und viele Wörter und Sentenß / Ausführung und grössern Fleiß / sonderlich in den ersten fordern Psalm / desideriren / und erfordern würden / denen kan ich nichts antworten / sondern bekenne meine Unvermöglichkeit / und zeige doch diß daneben an / daß solche Psalmen von mir hin- und wieder auf den Reisen den meistentheil ausgeleget worden und gefasset sind / da ich fürwahr nicht allezeit Bequemlichkeit / sonderlich der Bücher halben / gehabt / und nur kurtz und rund die

die Summa und fürnehmsten Stück / hab anzeigen müssen / welches doch also geschehen seyn / ich mich versehe / daß fromme Leut ihnen etwas daran sollen genügen lassen. Es ist ja gut gemeynt. Wers besser wil haben der muß anderswo suchen. So wil ich auch den andern Psalm (welcher fürwahr einer andern Auslegung bedarff / dann sie jetzt kurtz und eilends gesetzt ist) hilfft mir GOtt / in der Auslegung des 110. Psalms / wiederholen. Ist derowegen diese Auslegung von ersten der Meynung / daß es durch den Druck solte auskommen / nicht angefangen noch fürgenommen worden.

Als ich aber fortgefahren / und etliche Psalm absolvirt / bin ich von vielen / auch hohes Standes Leuten (derer etliche die Psalmen gehöret hatten) offtmahls gebeten / und angeredet / auch durch Schrifften ersuchet worden / ihnen eintzige Psalmen / sonderlich den 16. und 22. mitzutheilen / und in Druck zu verfertigen / welches ich doch sonderlich weil sonst viel gewirres und Wesens sich dazumahl über etliche meiner armen Scartecken erhoben / nach der Gebühr abgeschlagen / und mich dessen erboten habe / daß / so mir GOtt Gnad / Muth / und Leibes-Krafft (derer ich zumal wol bedarff) verleihen würde / ich alsdenn den gantzen Psalter mit kurtzer einfältiger Summa / und Anleitung erklären / mich und andere darinnen üben / instruiren und unterweisen / und zu seiner Zeit / so es ja begehrt würde / solche Arbeit in Druck verschaffen wolte / wie auch / Gnädigste Churfürstin / E. C. F. G. sich solcher und dergleichen meiner

Reden

Reden gnädigst zu erinnern wissen. Denn ich allwegen lieber das gantz Buch / denn nur ein Stück oder Theil davon tractire / und behalte. — — Ich habe den rechten einfältigen Verstand / und eigentliche Meynung behalten / darzu denn mir / als noch einen jungen unversuchten Theologo die Schrifften D. Lutheri (wiewohl ich der / sonderlich in den ersten Psalmen / lang hab entbehren müssen) Doctoris Pomerani, Philippi Argument, Doctoris Forsteri explicatio (da ich zum theil selbst ein wenig davon gehabt / hernach aber zum theil von dem Ehrwürdigen Magistro Johanne Trillero, Pfarr-Herrn zu Alten-Dresden / als einem sonderlichen und lang berühmten Hebræo, etwas gutes in etliche Psalmen erlanget und überkommen habe) offtmahls gedienet / und mir den schlechten gebaneten Weg zum rechten Verstand gewiesen haben / daraus ich denn / soviel es vonnöthen gewesen / auf das kürtzest genommen und angezogen habe / und sind mir auch des Ehrwürdigen Herrn Doctoris Hieronymi Welleri Auslegung über etliche Psalmen zu Wittenberg gedruckt / sehr tröstlich gewesen. — — Zum dritten / habe ich von dieser meiner Arbeit feine gelehrte Männer und Theologen / auch in meinem Vaterland / zu Richtern und Urtheilern gern mögen leiden / und unterwerffe sie noch dem Urtheil gottsfürchtiger Männer / die ohne Sophisterey / ohne Neid / und Vermessenheit richten / und urtheilen. Und ist mir eines frommen gottsfürchtigen Mannes Censura und Urtheil lieber / denn sonst vieler andern. Judex bonus, senex, candidus, scientiam retinens, non

limis

limis oculis causam intuens, exoptandus est, dixerunt veteres &c.

In Pædagogiam & Psalterium Selnecceri Georgius Fabricius K.

Sic docuit magnus magnum Salomona Nathanes,
 Dum format Regis corda tenella sui:
Hæc dedit & nato Jacob præcepta, parabant
 Cui fratres duri vincula, sceptra DEUS:
Ioiadas cecinit non his diversa sacerdos,
 Quo Doctore salus regia tuta fuit:
Qualia nunc libris tradit Selneccerus istis,
 Dum divina animos instruit arte pios.
Disce puer, primis quæ sunt discenda sub annis,
 Quæque omni prosunt tempore, disce senex,
Neve via in varias te distrahit invia sectas,
 Hæc non immemori dogmata mente cole.

In dem letzten Blat wiederholet er / daß die Psalmen meist auf den Reisen in der Eil geschrieben worden.

Merckwürdig ist auch das jenige Carmen welches er dem 2. Theil seiner Erklärung über die Psalmen im Nahmen der Evangelischen Kirche vorgesetzet / und zur Erläuterung dessen dienet / was vorhin davon erzehlet worden:

En age Rex miseris nobis divinitus orte,
 Qui mundi feces, manca propago sumus.
En age, Maxmiliane Pater, nunc cujus ad ulnas
 Pacis amans Christo turba dicata fugit.
Miraris, quid forte velim prostrata, gemensque,
 Respice me: paucis Rex tibi cuncta dabo.
Quam nimium sit pressa vides Ecclesia Christi,
 Quam non sit, qui me curet ametque vides.

Pelli-

Pellitur è medio pietas, & vi geritur res,
Vere, me vere nemo fovere ſtudet.
Securi creſcunt, creſcit petulantia morum,
Omnia, quæ bona ſunt, præcipitata ruunt.
Non veteres tantùm memoro, nec abominor hoſtes,
Tetrius eſt, crucior quo nimis orba, malum.
Sancta fides Chriſti magnis innixa triumphis,
Heu mihi, prætextus nunc ſolet eſſe malis.
Uſurpatur ad hoc, ut ſic ſua crimina fœdis
Excuſent cauſis, & male ſemper agant.
Inter & hos ipſi denſo ſunt agmine myſtæ,
Heu mihi, num referam? quid? retuliſſe juvat.
Quæque docent, ipſi violant audacter, & errant,
Non ipſis cordi gloria, Chriſte, tua eſt.
Recta docere (putant) ſatis eſt, ſed vivere recte
Non magnum noſtræ ſit pietatis opus.
Frigidus, hoc quoties video, tremor occupat artus,
Labraque nil præter, væ mihi Chriſte, ſonant.
Heu heu triſte mihi pectus, gemituque refertum
Ingeminat, quænam ſpes queat eſſe mihi?
Sic cadit ipſa fides, fidei ratioque ſalubris,
Et malus in miſeram me maledicta vomit.
Sic adverſa mihi mœſtæ convitia dicunt,
Qui veram in Chriſtum non coluere fidem.
Eia age (ſic perhibent) hæcne doctrina piorum eſt,
Ex qua vita verox, prava, ſuperba, venit?
Eia age præcipuos videamus & helluo nobis.

Impu-

Impurus, fallax, conſpiciendus erit.
Quid? quod in his eſt nulla fides, concordia nulla,
Et jactant pacem ſemper, & ore fidem.
Dixeris invidias, odium, vitamque ſuperbam,
Regnandique cupidam; jurgia verba, ſcelus.
Hoc ſatis eſt, ſed cuncta tenes, hæc regula vitæ eſt:
Heu mihi, quam tales audio ſæpe ſonos.
Nil fingo, te teſte etiam, Rex inclyte, clades
Effero conſueta ſimplicitate meas.
Ah quoties audis, hæc ſi doctrina valeret,
Huic quoque crede mihi, congrua vita foret?
Sed nunc vita malis ſcatet undique, vivitur illic,
At male, & absque jugo, vivitur inque diem.
Accedit ruditas, ſtudii neglectio veri,
Et quo quis rudior, grandior eſſe ſolet.
Hîc quoque de magnis volvuntur jurgia cauſis,
In ſectas vulgus ſcinditur horribiles.
Sunt Anabaptiſtæ, ſunt & male olentis in orbe
Campani, & cœnæ ſors inimica ſacræ.
Hos nunquam poteris vel conciliare probando,
Ergo quod ex ipſis quæſo ſequeris iter?
Eſt aliquid, Rex Magne, ſcelus mœſtiſſima cerno,
Deſtituorque meo robore triſtis anus.
Sum mater, ſed degenerat fex atra, nec ullis
Obſequitur monitis, nec mea juſſa capit.
Semper in hac ipſos vixi ſpe poſſe reduci,
Dum ſpero, triplicant triſtius omne malum.
Non ego nunc agnoſco illos, ſunt fœdus abortus,
Non ſunt hæredes, non mihi cara domus.
Excludo, quicunque fidem, qua munera Chriſti
Accipimus, fuſo ſanguine parta, negant.
Exclu-

Excludo, fidei non ſoli quotquot inhærent,
Sed meritis aliis ſunt tibi, Chriſte, probro.
Vivimus in Chriſto, nobis eſt omnia Chriſtus,
In ſolo Chriſti nomine vita ſita eſt.
Cuncta per hoc nomen felicia ſecula fiunt,
Quot ſcit & agnoſcit firmiter una fides.
Non opus eſt operum meritis, ſed corde fideque,
Ob partam Chriſti ſanguine juſtitiam.
Excludo, quicunque fide tantum ore celebrant,
Nec fidei fructus & bona multa ferunt.
Securi, donec ſecuro pectore vivunt,
Nil ſunt, quàm cœtus mortua membra mei.
Excludo, quicunque ſua ratione fruentes
Huc illuc flectunt verba ſtupenda Dei.
Excludo, quicunque alios præponere Chriſto
Diſcunt, & vitæ certa pericla timent,
Non doctrina hominum, ſed vox imota Tonantis
Sit mea, quæ ſola eſt gloria, vita, ſalus,
Omnia prætereunt, ſunt pulvis, & omnia nil ſunt,
Sola ſed æternum vox tua, Chriſte, manet.
Sic vivo, ſic me ſolor, complector & omnes,
Qui mecum tali vivere mente volunt.
Integritas rectumque tuum me, Chriſte, gubernent,
Cœtera ſunt labes, fex putris, umbra levis.
Diſpereant alii, cedant qui invicta potentis
Verba Dei vera non pietate colunt.
Flectere quique ſolent vario myſteria ſenſu,
Subjiciunt Chriſto nec rationis opus.
Hos ergo non dicam natos, ſed turpiter hoſtes,
Qui me, qui Chriſti verba, gregemque premunt.
Sic

Sic nunc expoſui tibi Rex cariſſime, mœſtum,
In quo vivo malis pluribus acta, ſtatum,
Sic quæ ſim, qui grex Chriſti ſit & unicus, audis,
Nec faciant fucum pinguia monſtra tibi.
Non mea doctrina eſt (quam dicunt eſſe Lutheri)
Hæreſibus, ſenſu, tempore, flexibilis.
Vox una eſt Chriſti, ſunt os & verba Tonantis,
Summa ſit hæc, in qua mentior, hora mihi.
Cætera turba vale, cui tantùm gloria mundi
Eſt cordi: Chriſto turba ſacrata ſumus.
Ergo me miſeram Rex & pater optime ſpecta;
Quæ fermè nusquam vivere tuta queo.
Exulo, & à fœtu mater premor, hæreſis omnis
Me petit, inque ſinu vult latitare meo.
Heu mihi, nec ſatis eſt, ſed mox quoque culpa malorum
In me conjicitur, nec mea culpa tamen.
Quid facio, niſi demonſtrans quod prædico Chriſtum,
Ipſius & jubeo mitia verba ſequi?
Hoc qui non faciunt vitandos eſſe recordor,
Robore & infirmo mœſta reſiſto malis.
Non opus eſt ut confirmem, quæ proloquor ægra,
Rex & poſt Chriſtum ſpes mea, teſtis ades.
Me cures, miſeram foveas, nutritor & adſis,
Non poterit cultus gratior eſſe Deo.
Non præbeto aures mihi dira precantibus ægræ,
Quod male vivatur, num, rogo, culpa mea eſt?
An nec idem lugens deploro languida mater,
Inſultus nequeo quæ cohibere truces?
Annon ſæpe gemens ad te ſuſpiria mitto,

Chriſte Deus, lacrimas, carmina, vota, preces?
Ah quoties audis triſti me voce querentem,
Atque genas fletu commaduiſſe vides?
Quando queror, quid mœſta querar, niſi, ſurge redemtor,
Solus es, auxilium qui mihi ferre potes.
Te niſi dante mihi pereundum eſt omnibus horis,
Enecor, abſumor, devoror, excutior.
In mea non fidi conſurgunt viſcera nati,
Cauſa quibus merito noſtra tuenda fuit.
Tu niſi me ſerves, de me jam protinus actum eſt,
Me mea diripiunt viſcera mille malis.
Et quo debebant veram mihi ferre ſalutem,
Hoc ipſo ægrotam me jugulare ſtudent.
Surge Deus, miſerere mei, miſerere tuorum,
Et retine verbi lumina clara tui.
Nil ſum, nulla mihi preſſæ ſolatia reſtant,
Quod niſi, Chriſte Deus, portus & aura mihi es.
Hæc & quottidie Chriſtus me plura precantem
Audit, & hac vivo jam ratione ſenex.
Certa tamen, ſum certa ſatis, me Chriſte juvabis,
Et reprimes forti monſtra ſuperba manu.
Sic igitur Rex Magne tuo Rex dedite Chriſto,
Quam mihi ſit mœſtæ juſta querela vides.
Non referam nunc plura tibi, ne forte dolores
Accumulem, Verbis ſtatque caditque dolor.
Ah placidos ad me miſeram Rex dirige vultus,
Inſtinctuque Dei ſim quota cura tibi.
Sic mihi pax, lux, ſancta quies, vireſque redibunt,
Sic tua laus creſcet, gloria, nomen, honos.

Sic

Sic immane caput Turcam victribus alis
 Franges, & Christo vindice clarus eris.
O utinam videam te ducere mille triumphos,
 Et pereat manibus bellua victa tuis.
Ipse tibi Christus magni moderator olympi,
 Rex Regum præsens adsit, opemque ferat.
Vive, vale, nam finis adest, expectoq; Christum,
 Inclyte Rex gemitus quæso memento mei.

Nicolaus Selneccerus, Dresdæ pridie idus Januarii, MDLXIIII. quo tempore Rex Maximilianus Dresdæ fuit, & quo die ante annos quadraginta quinque Imperator Maximilianus proavus Regis Maximiliani obiit.

In der Dedication an den Magistrat zu Breßlau schreibt er: Ich habe mich eines grossen Wercks angenommen und unterstanden/ der ich doch der Mann nicht bin/ den Psalter Davids auszulegen/ der fürwar das schwerste und trefflichste Buch des alten Testamentes ist/ wie alle verständige gottsfürchtige Männer bekennen müßen. Zwar daß mir das Werck zu hoch und groß sey/ habe ich nun längst erfahren/ und beweiset solches meine eigene Auslegung/ die zumal gering ist/ daß ich mich in der Warheit/ und ohne Heucheley zureden/ von Hertzen dafür schäme/ so offt ich etwas darinn wieder übersehe/ und dagegen nur einen einigen Psalm halte. Denn es je wahr ist/ daß in einem Vers eines Psalms/ es sey auch welcher es sey/ mehr Safft

und Krafft / Trost und Lehre begriffen wird / denn in allen andern Commenten so darüber geschrieben sind / wil geschweigen in meinen Geschwätz. Wir können auch dieses Psalter-Büchlein nicht ausstudiren / so lang wir leben. Es findet sich allwegen etwas herrliches und tröstliches / so offt wir es lesen / das uns zuvor nicht eingefallen. — — Der Verstand des Psalters ist uns in der teutschen Sprach durch den theuren Mann / und unsern treuen Propheten D. Lutherum also gegeben / und hell und klar gemacht / daß man nicht viel disputiren darf / und sich die gelehrten Juden selbst darob müssen verwundern / und solches Werck mit der Welt Geld und Gut nicht mag bezahlet werden / wiewol wir solches / unser Art nach / wenig erkennen. — — Ich sehe gar wol / daß der Psalter wil fürwar einen rechten Mann haben / der nicht allein gelehrt und Kunstreich / sondern erfahren und versucht / gebrochen / und in manchen Creutz gesteckt ist. So sehe ich auch / wie elend und spröd meine Auslegung ist / wiewol sie auch sehr eilend geschrieben ist. Wolte GOtt / es machet sich ein rechter gottsfürchtiger Mann an den gantzen Psalter / und thät ihme sein Recht / den teutschen Völcklein zu gut / wie D. Luther Gottseeliger hat angefangen / und der Ehrwürdige Herr Doctor Weller nachgefolget / und viel schöner Psalmen erkläret hat. Doch / es sey ihm / wie ihm wil / so zweifel ich nicht / es sollen fromme guthertzige Christen meine Arbeit / sie sey so gering / als sie seyn kan / gefallen lassen / und

und auch einen Nutz davon bekommen / nach dem Spruch Pauli: Euer Arbeit im HErrn soll nicht vergebens seyn.

p. 323. meldet er / daß er diesen andern Theil d. 10. Decembris Anno 1563. zu Ende gebracht habe.

In dem dritten Theil stehet gleich auf den ersten Blat:

Psalterium quisque legis, considera,
Tecum Deum, te cum Deo vere loqui:
Solatur ipse te, vocat, docet, regit,
Nutrit, fovet, ducit, sua tenet manu,
Te suscipit, sustentat, erigit: tibi
Medetur, & favet, tuusque permanet
Deus, pater, consultor, & dux unicus,
Quid à Deo quæso requiras amplius?
Hoc Christus intercessor omne perficit.
Quæcunque sit necessitas, hic invenis
Sententias, & verba, formas & precum,
Opem, viam, levamen, & solatium,
Nihil deest, quod ad salutem pertinet:
Huc huc manus, huc huc pedes, huc lumina,
Huc verte mentem: literas & Spiritum
Hic reperis. Legas, idem testaberis,
Nec poenitebit lectionis sedulæ.

Tertia, Rex, querulo tibi fertur epistola fletu,
Heu mihi, num tristis nil nisi flere queo?
Da veniam, Cæsar: Sum mœsta Ecclesia Christi,
An vel ad hoc nomen tu quoque flere soles?
Quid faciam? premor hinc, premor inde, nec ulla relicta est

Spes mihi, nec requies, tu nisi Gnate Dei.
Enumerare meas rursum, Rex inclyte, clades
Non volo, ne cumulem grande doloris onus.
Expressi threnis alibi mea fata profundis,
Sunt Anathotidæ carmina fusa mihi.
Hoc superest unum: Quis me curabit alentem
Heu proprio fucos & tetra monstra sinu?
In me jurato consurgunt fœdere multi,
Spicula & insidias nunc & amicus habet.
Doctrinæque meæ quot tandem retia ponunt,
Ex me prognati, qui tamen esse volunt?
Heu quæ doctores petulantia cepit edaces,
Quod nimium fidunt viribus ingenii?
Nemo suam genibus rationem apponere Christi,
Subjicere & verbo cuncta libenter, amat.
Omnia scire volunt omnes, vult omnibus omnis
Præferri: Christi gloria sicne manet?
Væ mihi, væ nobis, nimium mihi perfida proles,
Hæc humilis vestra est, & sine labe fides?
Quas dabitis Christo rationes, quando requiret
A vobis judex munera vestra gravis?
Quid? num reddetis, cùm non sibi consona detis?
Num dabitis vero dissona verba Deo?
Livor iners, fastus, prægnansque superbia mentis
Ante pium Christi num queat esse thronum?
O nimis execranda lues, ô livide fastus,
O diræ turgens ambitionis opus.
Sed tandem renovare mihi mea vulnera cesso,
Nil juvat, & misere mœsta querela perit.

Inclyte Rex ad te ſupplexque gemensque revertor,
Utque mihi facilis ſis, pia vota fero.
Es pius & bonitate gravis, virtute probatus,
Candore, ingenio, dexteritate, fide.
In te noſtra ſita eſt ſpes, ô ſpes maxima Cæſar,
Tu portus preſſæ, mite levamen eris.
Non dubito, tua me relevat natura cadentem,
Et ſonat, auxilio Maxmilianus erit.
Polliceor certe de te mihi plurima, Cæſar,
Tu modo ſucceſſum, Chriſte benigne, feras.
In te reſpiciunt recti, curvique bonique,
Atque mali: palmam ſed feret una fides.
Hic ſedes fœtens, illic alia hæreſis aſtrat,
Hinc procul heu ſupplex en ego ſola ſequor.
Verum animus promittit opem, ſemperque fatetur,
Ante oculos, Chriſti verba valere tuos.
Hac ego ſpe me ſuſtento, precibusque Tonantem
Sollicito, vitæ dux ſit ut ipſe tuæ.
Carmine Davidicæ pro te, Rex inclyte, venæ
Sæpius & toto pectore & ore cano.
Qualia ſint, referam: forſan retuliſſe juvabit,
Hos igitur promo ſimplice mente ſonos:
Cum premeris multo variarum pondere rerum,
Et mens conſiliis lubrica neſcit opem,
Audiat ipſe Deus te vota ardentia dantem,
Et referet precibus limina ſancta tuis.
Nomen & Iſrael te tempore protegat omni,
Nomine quo ſolo te recreare potes.
Auxilium mittat celſo de culmine cœli,

Det tibi, quas & opes tota Sionis habet.
Sit memor ad ſanctas lati libaminis aras,
Commoveat verum victima cæſa Deum.
Sint holocauſta tuæ pinguedine ditia dextræ,
Pro quibus ipſe Deus munera mille ferat.
Quicquid & affectant cordis tua vota gementis,
Præbeat hoc facili gratia magna manu.
Succeſſumque tuis rebus ferat ipſe gubernans
Omnia, & hæc moderans inferiora Deus.
Det tibi, quæ proſunt animæ, proſuntque ſaluti,
Conſilium Chriſtus compleat omne tuum.
Qui quia ſuccurrit nobis, celebrabimus illum,
Diſpereat, gratus qui nequit eſſe Deo.
Magna trophœa Dei ſtatuemus nomine noſtri,
Qui ſibi fidentes protegit, ornat, amat.
Omnibus eſt facilis pater, & non deſerit ullos,
Qui quærunt humili mente ſalutis opem.
Nam Domini manus eſt ſine fine & limite magna,
Et merito laudes Omnipotentis habet.
Gratia ſumma Dei caret omni fine, nec ullus
Terminus huic ſtatui, meta nec ulla poteſt.
Ergo quid eſt? fortes cur non ad prælia ſimus!
Prælia, quæ mundi fortia fulcra movent.
Vivimus in Domino, ſumus atque movemur in ipſo,
Quid mors, quid Satanas, fraus quid, & orbis agat?
Curribus hi fidant, & rerum pondera librent,
Illi in equis tumidi regna nefanda parent:
At nos in Domini ſperemus nomine noſtri,
Proſternente feras, concutiente viros.

Isti omnes pereunt sine sensu, luce, Deoque,
Fortunam ipsorum vel brevis hora necat.
At nos erecti stamus, tibi credimus uni
Christe Deus, salvi te redimente sumus.
Quis nocuisse queat, te protectore piorum?
Turris es, arx, scutum, petra, medela, salus.
Tu potes, auxilium fer nobis, Christe redemtor,
Te sine nulla salus, te sine nulla quies.
Una salus nobis, in te sperare salutem,
Servamur nostri te miserente mali.
Tu quoque sis nostro dux & pater Æmiliano,
Qui nunc sceptra Deo regia dante gerit.
Ipsius ut faustis ecclesia tuta sub alis
Sit tua, sit verbi lux quoque pura tui.
Teque regente ipsum sit pax Germanidos oræ,
Turcica & huic cedens bellua victa cadat.
Sic tibi laus & honos, sic gloria vera manebit,
A nobis merito sic celebrandus eris.
Hæc ego vota ferens, ô Maxmiliane, salutem
Quæro tuam: Restat dicere, vive, vale.
Vive, vale, placidis Christi gere sceptra sub alis,
Hoc signo fultus vincere cuncta potes.

N. S. die natali Imperatoris Maximiliani Primi, qui est XXII. Martii.

Diesen Theil hat er der Stadt Nürnberg dediciret/ und unter andern dabey gemeldet/ daß er zimlich damit geeilet/ und nicht viel über ein viertel Jahr-Frist damit zugebracht.

Ein alter vornehmer und um diese unsre Stadt beydes in der Kirche und auf der hohen Schul höchst wolverdienter Superintendens und Profes-

sor, Herr D. Nic. Selneccer, höchstseel. Andenckens hat in seiner Trost- und Geistreichen Auslegung des Psalterbuchs (welches wohl werth / daß sie wieder durch den Druck aufgeleget / und männiglich bekannt gemacht / auch hernach in allen Häusern fleissig gelesen würde) schöne und gottseelige Gedancken &c. L. Joh. *Benedict. Carpzov* in den drey Bußpredigten p. 27.

Es wurde aber D. Nic. Selneccer auf diese Welt gebohren in den Nürnbergischen Städtlein Herspruck Anno 1530. d. 6. Decemb. An. 1554. wurde er zu Wittenberg Magister, und 1570. Theologiæ Doctor. Anno 1557. ist er nach Dreßden zu einen Hofprediger vociret / darauf Professor Theolog. Anno 1561. zu Jena worden. Anno 1568. kam er nach Leipzig und profitirte Theologiam, Anno 1570. ward er Hofprediger und General Superint. zu Wolffenbüttel. Endlich kam er nach Helmstädt / und contribuirte viel zum Aufnehmen selbiger Univesität. Von dar kam er Anno 1577. wieder nach Leipzig / biß er Anno 1589. der reinen Lehre wegen verfolget worden / da er denn zu Braunschweig und Helmstadt im Exilio gelebet. Anno 1590. wurde er nach Hildesheim beruffen / allwo er ein Jahr lang geblieben / hernach aber ist er zu Leipzig An. 1592. in seine vorige Ehren-Stellen restituiret worden / und daselbst eodem anno d. 26. May. Æt. LXII. wie sein Epitaphium in der Thomas-Kirche zu Leipzig bezeuget / im HErrn entschlaffen. Sein Symbolum war: In manibus tuis, sortes

sortes meæ, welches er in diese Zeilen gebracht:
Sum tuus, inque tuis manibus mea tempora vitæ,
Nemo nocere mihi, Te prohibente, potest.
Freher. Theatr. Viror. Erud. Clar. p. 286. seq.

Melch. *Adami* in Vit. Theol. p. 663. meldet dieses von ihm: Strenuum se præstitit propugnatorem ejus, quam à Luthero traditam dicebat doctrinæ. Interfuit & colloquiis Theologicis, reformationibus item & visitationibus, ut Anno 1570. in ducatu Brunswicensi à Julio Principe accersitus, ubi quadriennium fere abfuit, wiewol er in den folgenden Worten auf die Ubiquität zimlich stichelt / und doch nichts widrigs gegen den lieben Mann aufbringen kan / conf. *Krüger* Hist. Clar. Var.

Theologus Lipsiensis gravis & sincerus, Vir magnæ Eruditionis & pietatis, multis piissimis & doctissimis lucubrationibus (præsertim contra Calvinistas, quorum erat acerrimus adversarius) editis clarissimus. D. *Quenstedt* Dial. Patr. Vir. illustr. p. 179.

Wer siehet nicht in der Vorrede D. Selnecceri, die er seinem Gesangbuch vorangesetzet / daß der werthe Mann recht feurig gewesen / der Kirche Christi mit lauterer Lehre zu dienen / und behülfflich zu seyn. D. **Georg Heinrich Götze** in der Lübeckischen Lieder-Predigt. p. 73.

Johann Burius in seinen Motiven an alle Staats-Personen p. 189. schreibt: dignus illo Elogio, & cum scriptis suis, quo mactatur à zeli

sui

sui & sinceritatis Imitatore D. *Mengering* in der Præf. Vade Mecum Prophet. renov. p. 10. dieser treu-eyferige Theologus (ne quid dissimulem) hat mir in seinen Schrifften hertzlich wolgefallen / weil ich verspüret / daß er weidlich zu seiner Zeit ums Kraut geredt / und gleich durchgegangen &c. Bezeugt auch in den folgenden / daß er sich seiner Schrifften deßwegen so fleissig bedienet.

Wolffg. Ammonius in Præf. Psalmodiæ novæ nennt ihn Poëtam celeberrimum. conf. *Dan. Seiffart* delic. mel. p. 358. Jer. *Weber* Præf. Cant.

Valent. Cremcovius in Cythara Davidica Præf. einen bewehrten und getreuen Kirchen-Lehrer / der lehrhaffte Gesänge verfertiget.

David Meier in Jubil. Evang. p. 169. Insignem Ecclesiasticum Psalmographum und p. 295. sincerum & pium Theologum.

D. *Georg Müller* in der dem seel. Manne gehalten Leich-Predigt aus Deut. XXXIV. v. 1.–8. meldet: er sey ein vornehmer und fürtrefflicher Mann und theurer Kirchen-Lehrer gewesen / der bey allen rechtglaubigen Christen das hohe Lob gehabt / daß er im gantzen Hause Gottes getreu gewesen. Sechsmal hat ihn GOtt anderswohin vociret / von der siebenden Vocation hat er kurtz vor seinen Ende also geschrieben:

Septima me læto civem assignabit olympo.

So hat er auch das überaus nutzliche und löbliche Werck der Concordien verfertigen / und in diesen und andern Christlichen reformirten Landen anrichten und erhalten helffen / welches einige Werck so

so hoch und rühmlich / daß es ihme gemeine Christenheit in dieser vergänglichen Welt nimmermehr gnugsam verdancken kan. Was sonsten auch für Eyfer und hitzige Innbrunst bey diesem theuren Mann gewesen / der Kirchen Christi in aller Welt zu dienen / daß weisen seine vielfältige und schwere Reisen aus / welche er mit Gefahr Leibs und Lebens über sich genommen.

In den folgenden beschreibt er sein ungemeines Leiden/absonderlich von falschen Brüdern ꝛc. Wer nun weiß wie es tempore Christiani I. in Sachsen gestanden / wird leicht wissen / wohin gezielt wird.

In den letzten Zügen ist er einen gesunden Mañ ähnlicher als einen sterbenden gewesen.

Hondorf in Calend. p. 679. schreibt / man hätte ihn A. 1549. mit einen Pfeil durchschossen / it. sein gantzes Leben sey stets in Creutz und Widerwärtigkeit zugebracht worden.

Was er bey den Concordien Werck gethan hat Fridericus Myconius am besten (judice *Seckendorfio* in hist. Luther. L. III. p. 129.) beschrieben / welche Relation zu finden Tom. VI. Tom. Altenburg. Lutheri p. 1050. seq.

Wie gewogen ihm die Reformirten wegen Verfertigung der Formulæ Concordiæ gewesen/ kan man aus *Peuceri* Historia schliessen / wenn er wider alle jura humanitatis diesen ehrlichen Mann p. 762. 357. 761. &c. die schimpflichsten Prædicata beyleget. Woben L. Georg. *Weissius* in Meletem. de Messia Verme p. 75. dieses bemercket: Nota hic Spiritum vertiginis in Peucero, qui

qui in testimonio Academico, Selneccero adhuc juveni in Acad. Witteb. exhibito, hæc verba sua manu scripsit: *Quem vel ingenio, vel doctrina, in hac, qua ipse est ætate, vel studiis laboribus & assiduitate, vel virtute & modestia Selneccero huic præferam, habeo neminem &c.* Vide hypomnemata *Selnecceri* ad disput. Grammat. *Esromi Rudingeri*, E. 2. Sed rectè judicat B. *Hutterus* Conc. Concord. p. 974. scribens: A Peucero (Apostata) reprehendi, laudari est.

p. 76. stehet / daß ein Kind der Finsternüs von ihm geschrieben:

Variè intortos suevit nectere funes. Ein anderer nennte ihn das Leipziger Rastrum, weil er daselbst Superint. gewesen. Item: necem animæ. Pezelius, Flacii Illyrici simiam, vide D. *Johann Meisneri* Dissert. de Sepultura Mariæ sect. III. §. 3. weil er / wie ihm D. *Hülsemann* in Dialysi Apolog. Probl. Calixtini p. 318. das billige Zeugnüs giebt / genuinus Lutheri discipulus gewesen.

D. *Mayer*, in der Anweisung zum rechten Gebrauch des Psalter-Buchs p. 1. nennt ihn den standhafften Bekenner der Evangelischen Wahrheit / Arnold in seiner Ketzer Historie L. I. p. 26. einen eifrigen Theologum, da er doch seiner sonst nicht im besten gedacht. v. g. P. II. p. 165. welches aber der seel. Mann mit grossen Nachdruck selbsten refutiret hat in Recitationibus aliquot p. 211. — — 218. Edit. 1583. Lipf. in 4. Seine Fata hat er in der præf. Orationis de Aug. conf. & Vita Lutheri einiger massen entworffen / ab-

sonderlich wie ihm sein exilium zu Leipzig långstvorher geahnet/wovon dieses distichon zeuget: Promtus ad exilium, si sic tibi Christe videtur, Quantumvis morbis canicieque Senex.

In der von M. Joh. Vogelhaupt dem Annåbergischen Superint. L. Georg Seideln gehaltenen Leichpredigt wird er zuletzt als ein Feind aller Neuerungen gerůhmet.

Theologus eruditione & prudentia theologica maximè insignis, D. *Rechenberg* disp. de statu induratorum p. 35.

Paul Jenisch in der dem seeligen D. Polyc. Lysero gehaltenen Leichpredigt p. 219. nennt ihn einen rechten reinen / guten und zum Himmelreich gelehrten Prediger.

Boissardus hat ihn in seiner Bibliotheca Chalcographica mit diesem disticho beehret:

Multa legis, sed plura doces, quin plurima scribis,
Selneccere, animæ nectar & ambrosia.

Theologus diligens & advigilans semper frangendis cœlestis veritatis hostium consiliis, *Crenius* Exerc. I, de libris script. opt. p. 7.

Seine Merita růhmet auch D. *Pipping* in Arcan. Bibl. Thom. p. 303. seq. (edit. Schmidianæ Helmst. 1702. in 4t) der auch p. 308 seines Epitaphii gedencket: Ossa ejus in templo Thomano è regione suggestus condita molliter cubant, tumulique tegumentum in tabula ænea imaginem illius ad vivum expressam sistit, cum epigraphe: *Hic sepultus requiescit Nicolaus Selneccerus, SS. Theologia*

giæ Doctor Clariss. Testamenti Christi assertor constantiss. Pie obdormiens anno ætat LXII. in Christo, A. 1592. Maji 26.

Was R. OBADIAS SEPHORNUS in Psalmos geschrieben / ist allbereit in Person. Jobi P. II. p. 527. angeführet worden.

Fab. Justinianus l. c. p. 406. allegiret auch SERAPIONEM Ægyptium, Episcopum Thmuitarum, als einen Commentatorem in Psalmos, da er doch nur de titulis Psalmorum geschrieben / wie aus seiner Lebens-Beschreibung in *Cave* hist. lit. p. 114. *Possevino* l. c. Tom. p. 396. &c. erhellet.

R. MENACHEM SETHAM absolutè sine cognomine memoratur à *Raschi* super primam vocem Psalm. 7. שגיון, & videtur quod scripserit super Psalmos. Sunt quædam.

ש״ת *Quæsita* & *Responsa legalia*, quæ cuidam R. Menachem attribuuntur; An uterque sit idem homo? ambigunt eruditi. *Bartoloccius* P. IV. Bibl. Rabb. p. 35.

ADAM SIBERUS hat gleichfals einen Com. in Psalm. David. 2. Vol. Wit. 1580. in 8. geschrieben. Von seinem Lebens-Lauf gibt uns Clarmundus Nachricht P. VII. Vit. Clariss. viror. p. 123. seq. (De Patria verò ejus certiora tradunt D. *Andr. Mollerus* in Theatr. Freib. P. I. p. 295. & M. *Tob. Schmidius* in Chron. Cygn. P. I. p. 507. Siberum in pago propè Cygneam sito, *Schönavia* scil. in lucem hanc fuisse editum. D. *Götzius* in elog. præcoc. erudit. p. 66. seq.) *Menke* disp. de græc & latin. liter. in Misnia in staura-

ſtauratoribus Lipſ. hab. Anno 1701. §. 31. ubi hanc ſententiam ex filii *Adami Theodori Siberi* Epiſt. ad J. Gruterum confirmat, vid. *God. Ludovici* Hiſt. Rect. P. II. p. 56. ſeq. L. *Felleri* Cygni quaſimod. p. 8.

Anno 1573. iſt zu Leipzig gedruckt worden Pſalterium Davidis veteris translationis, cum M. Luth. præfatione, mit ſeinen Lemmatibus und Notis in 8. Item: In Pſalterium Davidis Commentarior. Eccleſiaſticor. Libri V. daran der ſonderbahre Fleiß und Cheiſtliche intention zu loben. In Pœnitentiam Davidis Comment. Scholaſticus. Lipſ. 1572. *Clarmundus* l. c.

Olaus Borrichius, magnum quondam Daniæ lumen, judiciret in Diſſert. de Poëtis, ſonderlich Germ. von Adamo Sibero alſo: Adamo Sibero vena fluxit lenis, amœna, compoſita: ſive enim Proſeuchas ejus, ſive Acoloſtica intueamur, ſive demum Epigrammata, improbari nequit, niſi ſublimia ructantibus.

Siberi epiſtolæ elegantes, & non pauca ad rem literariam pertinentia notant. *Morhof.* Polyhiſt. L. I. p. 310.

Poeta & Polyhiſtor, Scholæ illuſtris ad Muldam Rector. *Fellerus* l. c.

Accepi nuper ex illuſtri quadam Bibliotheca *Adami Siberi* in Pſalmos pœnitentiales ſeptem, item in Pſalmum 118. & 119. Commentariolum Scholaſticum cum explicatione C. IX. & LIII. Jeſa. elegantiſſimum, neque hic obvium temerè. *Thom. Crenii* exerc. III. de libris Script. Opt. p. 13. ſeq.

Siberi Orationes sind mit Scharffsinnigkeit und Judicio verfertigt. Doch Caselii Orationes, welche Ernstius, Gudius und andere colligiren wollen / ihm weit vorzuziehen. *Anonym.* in ausführlichen Bericht von allerhand neuen Büchern P. I. p. 63.

SIFRIDUS (oder Sigefridus) de *Arena* Ord. Prædic. Anno 1270. wird von *Fab. Justiniano* l. c. p. 406. unter die Commentatores gezehlet / da er doch seinen eigenen Geständnüs nach nur über 3. nocturnas Psalterii geschrieben. Conf. *Possevinum* l. c. Tom. II. p. 402. Chr. *Hendreich* in Pandect. Brandeburg. p. 257.

SILLEBERTUS, cognomento *Universalis*, Glossa continuata Psalterium, & alios Divinæ Scripturæ libros exposuit. Appendix ad Henricum de Gandavo de Scriptoribus Ecclesiasticis. *Possevinus* l. c. P. II. p. 403.

König in Biblioth. p. 755. und *Lipenius* l. c. citiren RUDOLFI SIMLERI Homilias in Psalmos, Tigur. 1601 in fol. welche biß dato nicht gesehen.

B. ANGELUS SINESIUS (Senesium, vel Sinicium, vel Senisium alii vocant,) Catanensis ordinis S. Benedicti Catanensis Coenobii S. Nicolai de Arenis Monachus, vir sanctitute celebris. Dum eo in cœnobio pietate omnibus præluceret, an. 1342. ab Emmanuele Spinola Archiepiscopo Montis regalis efflagitatus est, ut collapsam disciplinam in Monasterio S. Mariæ Manjacis instauraret. Sed dum sanctissimis morum documentis regularem observantiam reparare

rare curabat, à Monachis varie vexatus, tandem ab eorum audacia è Monasterio una cum sociis suis, fuit expulsus. Post diuturnos labores invicta constantia exantlatos, à prædicto Archiepiscopo benigne exceptus, ab eodem antiqua diruti Monasterii S. Martini de Scalis rudera (ab urbe Panormo 6. p. mil. distat,) olim à D. Gregorio Magno fundati, obtinuit. Cœnobium jam à Saracenorum incendiis absumtum, una cum quinque Monachis sedulâ curâ breviter instauravit; ibique pie, sanćteque vivendo, nonnullos nobiles Panormitanos virtutum odore traxit, qui eleemosynarum copiis Monasterium amplificare curarunt; ac divitiis Salerni Evulo nobilis Panormitani locupletatum, fuit numeris omnibus absolutum. Hinc cum quinquennio Prioris munere Cœnobium gubernasset, exinde ex Bulla Clem. VI. Abbatiæ titulo insignito Monasterio, à Monachorum cætu B. Angelus primus Monasterii Abbas post reædificationem electus est 5. Julii 1352. Sub ipsius regimine mirifice refloruere antiquæ regularis disciplinæ leges, & Monachorum virtutes ac sanctimoniæ fama non modo Siciliam, verum etiam & occidentales plagas replevere. Piissimi viri Dynastæ, ac Siculi Reges Cœnobium amplissimis donis ac annuis reditibus locupletarunt: Summique Pontifices nonnullis diplomatibus munire studuerunt; interque alia nostrum Angelum, ejusque successores Pontificalium usu cohonestatos voluere. Monasterium per annos 39. sanctissime rexit; religionis habitum 500. prope viris concessit, quos sanctimoniæ fama

traxit, egregiis moribus informavit, ſanctarum-
que virtutum exemplo inſtruxit. Deinque virtute
& opere clarus ab eodem Monaſterio ad cœle-
ſtem patriam evolavit 27. Novembris 1386.
Cujus cadaver adhuc in ſacrario ſervatur, mar-
moreo ſepulchro, ſub ſanctarum reliquiarum al-
tari, ab anno 1585. ibi collocatum, hac adjecta
inſcriptione:

Reverendiſſimi viri Angeli Seneſii hujus Sacri Monaſterii Abbatis hic oſſa requieſcunt.

De eo plura leges apud Ab. Pirrum *lib. 4. Sicil. ſacr. p. 168. & ſeq.* Joannem Aloyſium Lellum *in hiſt. Eccleſ. Montis regalis par. 2. p. 34. & ſeq. & par. 3. pag. 56. & ſeq.* ex nova editione anni 1702. opera & ſtudio P. D. Michaelis de Judice Prioris Caſinenſis obſervationibus, multiſque acceſſionibus illuſtrata: auctorem opuſculi de Reædificatione Monaſterii S. Martini per totum, Jo. Bap. de Groſſis in *decacor. Catan. tom. 1. cord. 2. mod. 5. pag. 128.* qui lapſus eſt in eo, quòd Beati viri obitum ad annum 1380. præfixit, & carmina exhibet, quæ non ad ſepulchrum, ut ipſe ait, ſed in quodam m. s. in membranis leguntur, ut ex Pirro habemus, quod & intuenti patet. Vide etiam Camillum Porellum de præſtantia Regis Catholici *Cap. 70. n. 82. p. 453.* Octavium Caetanum *in Idea ſanct. Sicul. p. 52. & 142.* Arnaldum Wion *in ligno vitæ par. 2. lib. 3. p. 410.* Seraphium à Panormo *in declaratione arboris Monaſtici p. 76.* qui teſtatur vitam M. S. in eodem Cœnobio ſervari, Petrum Ant. Tornamiram *in Judith Parnormitana*

nap. 168. & seq, & in hist. Congreg. Casinensis to. 2. p. 449. Frf. Priviteram *in Annal. Catanens. p. 210.* Ansalonium *de sua familia pag. 382.* Blasium Altimarum in *familia Carafa lib. 3. p. 640.* Addit Ab. Pirrus *cit. p. 177.* quod *sanctitatis famam, & ardentissimam in pauperes, peregrinos, suosque alumnos & fratres charitatem, communi Beati nomine semper est appellatus.* A nonnullis supra allatis scriptoribus Beati titulo est insignitus. De Grossis vero ait, quòd *viri hujus sanctitatem plurimis in vita, & post mortem Deus miraculis comprobavit.* Fuit Angelus non modo sanctitate conspicuus, verum etiam doctrina præclarus scripsitque ex Pirro *cit. pag. 177. Expositiones Psalmorum. Modum meditandi. Expositionem Regulæ S. Benedicti. Historiam Monasterii S. Martini de Scalis. Catalogum Contractuum & Bonorum Monasterii S. Martini. Vocabularium latinum pergrande.* Omnia MSS. in eodem Monasterio servantur, præter historiam, cujus aliqua tantum fragmenta supersunt. *Antonius Mongitor* in Biblioth. Sicul. P. I. p. 36. seq.

In den letzten Tomo Bibliorum Polyglott. Antwerpiensium (A. 1572. von welchen stattlichen Werck *Jacobus le Long*, Parisinus, in Bibliotheca sacra ex edit. D. Christian. Frid. *Boerneri* p. 20. seq. mit mehrern handelt) finde ich fast gegen das Ende des Cardinals GUIL. SIRLETI annotationes variarum Lectionum in Psalmos, ad sacri Bibliorum apparatus instructionem, die von seiner grossen Gelehrsamkeit zeugen / wie denn zu Ende diese Censur stehet; Eruditissimas istas in Græcum Psalterium notationes, dignas, quæ ty-

pis mandentur, censemus. A. 1571. Postridie Calend. Novembris.

Augustinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri, Goudanus.
Johannes Harlemius.

Sein Lob und Leben hat *Janus Nicius Erythreus* in *Pinacothec.* Imag. P. I. p. 268. beschrieben / vor allen aber *Joh. Palatius* Vol. III. Aristocrat. Eccl. p. 457. seq. welches wir aus diesen raren und kostbahren Wercke hiemit communiciren wollen.

In ea Italia parte, quæ Calabria seu Magna Græcia dicitur, in oppido Stili GUILIELMUS nascitur SIRLETUS, Sal. A. 1514. Thomæ (qui ad 105. ætatis Annum pervenit) filius. Neapoli primum Græcis, Latinisq; literis operam dedit, excelluitq;, ac Magistros ipsos longe superavit. Mathematicis junxit, Philosophiæ ac Theologiæ dogmata ex ipsis Græcorum fontibus, unde in omni scientiarum genere potuit habere pares, non superiorem. Hac supellectile instructus, cæteris fortunæ bonis destitutus Romam venit, alter Bias, unico sacrorum Bibliorum delato volumine, ubi brevi innotuit, in familiam assumptus Marcelli Cervini Cardinalis S. Crucis, qui Pontifex dictus, Marcelli nomen retinuit; eoque mortuo Paulus IV. illius virtutum odore captus, Sirletum per totam Urbem conquiri jussit, maximè in Basilica S. Jo. Laterani, ad quam singulis Sabathis conveniebat. Inventum, Præceptorem dedit nepotibus Alphonso, & Antonio Caraffis; Ejus labores ut aliqua ex parte Papa rependeret, Protonota-

tonotarium creavit Apostolicum, ejusque non minus pietatis, quam doctrinæ intuitu in intimam admisit familiaritatem cum eo de rebus sacris plerumque disserens, & horariis precibus recitandis adjutorem assumens. *Amabat Sirletum Paulus* (inquit Caracciolus in vita Pauli) *ac in sacrum senatum referre volebat, vicissimq́; Paulum Sirletus & amabat ut Patrem, & venerabatur ut Principem ac Dominum, unde non tantum viventi perpetuo aderat, atque ab ejus latere vix discedebat, verum etiam morientem nunquam deseruit, atque ad extremum usque spiritum adfuit.* Sic enim de eodem Caracciolus: *Guilielmus Sirletus fuit unus ex iis, qui Cardinalibus Pontificio cubiculo palatioq́; digressis, adstitit Paulo IV. morienti. Erat is Protonotarius Apostolicus ab eo factus, quem & inter Purpuratos adscribere meditabatur.* Hoc cum observasset Pius IV. Sirletum in pretio habuit, quodq́; ei pretiosius erat, Sororis filium S. Carolum Borromæum, ejus tutelæ commisit, qui Sirleti sanctimonia & eruditione delectatus, cum jam artium liberalium studia summo mentis ardore complexus, totum quod publicis negotiis supererat temporis, in ea ex Sirleti consortio incubuit, ob idq́; literatorum cœtus in Palatio Pontificis coegit bis in hebdomada, horis V. vespertinis, quas *Noctes* appellabat *Vaticanas.*

Horum Princeps cum essent Franciscus Alciatus, I. C. insignis, & *Guilielmus Sirletus*, uterque instantissima Caroli postulatione, à Pio IV. die 12. Martii 1565. inter Purpuratos assumptus, quamquam renitens, quoad potuit, Sirletus, teste *Gabusio*

in Pio V. Cumque Pontifex eum sacra purpura exornaret: *Hunc* (inquit) *in Collegium adlegimus, ut quemadmodum Paulo IV. morienti officiosissimè adstitit; ita etiam suis precibus nostram adjuvet apud Deum ex hac vita migrationem.* Præsagium eventu comprobatum decimo post elapso mense, quo Pius IV. decessit, eique in agone constituto Cardinalis *Sirletus & Paleotus* commendationem animæ recitarunt. Ubi ad Conclave ventum est, excluso Jo. Card. Morono, Borromæus clientelis potens ad Sirleti creationem animum transtulit, qui omnibus fere gratus, præcipue Cardinali Ghislerio, qui non solum suffragio propitius Sirleto fuit, sed Patres singulatim adeundo precibus consilia miscuit, ut Sirleto Patres conciliaret, unde à Pontificatu paucis excidit votis, ea sola quæ apparebat causa, quod studiis totus intentus, parumque rebus gerendis exercitatus, tantam negotiorum molem sustinere nequiret. Revera ignoto Dei nutu, qui ponit humiles in sublime, suscitans de pulvere egenum Cardinalem Alexandrinum, ut solium gloriæ teneret in Ecclesia. Is ergo in arce positus Ecclesiæ nil habuit antiquius, quam Sirletum, quem thiara dignum judicaverat, infulis insignire inferioribus, Episcopatu nimirum S. Marci, mox Squillacensi in patria sua (Squillacensem enim non Stillensem fuisse *Spondanus* asserit) atque sodalitatis Neophytorum, Catechumenorum, Græcorum, Germanorum Collegii patrocinio. Ab eodem præpositus Missalis, Breviarii, Catechismi * reformationi,

* Der Jesuit Albi schreibt im Leben des Cardinals Sirlets / es sey dieser Cardinal der Autor des Catechismi

tioni, ac demum indici librorum prohibitorum, & Apostolicæ Bibliothecæ; quod munus à PP. Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. demandatum cum esset, innumeras lustravit Bibliothecas, suam ita auxit, ut inter privatas toto orbe præcederet. *Vivens & animata cum esset ipse bibliotheca*, (teste M. Antonio Mureto lib. 18. var. Lectionum c. 13.) *spirans Musæum &c.* Motta Lusitanus, qui eum laudavit in funere, à tercentis annis neminem

Ff 5 in

des Tridentinischen Concilii. Andreas Fabritius von Lüttich aber gedencket in einer Vorrede / so er zu der neuen Edition dieses Catechißmi gethan / er habe ihn nicht allein / sondern nach der zu Rom gebräuchlichen Art / da man die Sachen per Congregationes tractiret / mit Beyhülffe vieler andern Theologen verfertiget / welchen auch beyfället der Autor des kleinen Büchleins / das heisset: Quæstio Theologica, Historica & juris Pontificii, de mente Concilii Tridentini circa gratiam efficacem & scientiam mediam. A. 1647. juxta exemplar impressum 1607. In welchen diese Worte stehen: Sub finem Concilii Catechismus componitur præsertim à Leonardo Marino Archiepiscopo Lancianensi, ex ordine Prædicatorum; Ægidio Fuscaratio Episcopo Mutinensi & Francisco Forerio ejusdem Ordinis. Hi Romam ire jubentur, ut illud opus absolutum judicio sanctæ sedis evulgent, recensitum, & perfectum ab Illustrissimo *Sirleto*, qui Concilio Tridentino interfuerat cum Cardinali S. Crucis, cujus tunc erat domesticus, & Sylvio Antoniano Cardinali. Wie diese Theologi den Catechismum abgefasset / haben sie drey vortreffliche Leuthe ausgelesen / denselben mit einen saubern / zierlichen und deutlichen lateinischen Stylo in Reime zubringen / da denn das Loß auf Paulum Manutium, Julium Poggianum und Cornelium Amaltheum einen Medicum gefallen / welche / ob sie schon keine Theologi gewesen / in diesen Wercke vollkommen ihren Zweck erreichet. Eccard in Monathl. Auszügen A. 1701. Mens. Maj. p. 31.

in S. Dei Ecclesia *Sirleto* doctiorem extitisse testatur. Sic Cardinalis Hosius ep. 168. in laudibus Francisci Torrensis: *Vellem ostendi mihi quempiam, qui sit tam reconditæ lectionis, qui tam multa viderit, tantoq; cum labore legerit, quàm Tarensis. Ego certe præter unum Cardinalem Sirletum, scio neminem.* Dixit alius acutè & facetè, Sirleti somnia eruditoria fuisse, quàm plerumque doctorum vigilias; cum sæpe somno correptus, Græce aut Latinè disputare auditus sit.

Comitatis, humanitatis, in egenos liberalitatis, ob quam in Sacrum Senatum aditum sibi aperuisse, exemplum laudant, atq; testantur, inter quos quidam Poëta:

Laudaris, Sirlete, *in egenos prodigus æris,*
Qua virtute rubra est parta thiara tibi.
Attica dum calles, ut non præstantior alter,
Incertum, fueris doctior, an melior?

Sane interdum calceos, subuculam deposuisse, legitur, ut nudos pauperes & algentes tegeret. Templum cum exstruere cœpisset S. *Mariæ in montibus* pecuniam deficere admonitus, Libros suos vendere spopondit. Quod si nec inde sufficeret, non defuturam supernam providentiam, Laurentium Levitam imitatus & martyrem, qui thesaures ecclesiæ dedit pauperibus: unde cum singulari prosequeretur veneratione, ob ejus reverentiam, titulum *S. Laurentii* nunquam mutavit. Orandi studio vitæq; mortalis micans contemptu, quo magis ad vitæ terminum se appropinquare cognovit, Gesta frequentius lectitans, Caroli Borromæi, quæ à Card. Valerio conscripta;

ta; ſub extrema vitæ tempora, idem auctor ipſi examinanda conſignaverat, cum ille pridie Sirleti morte repeteret; æger iſte è lecto ſurgens, *Nihil opportunius* (inquit) *contingere mihi poterat, quam illum, quem de Card. Borromæi vita ſcripſiſti libellum mihi legendum dederas, tibi meis manibus reſtituere.* (Addiderat quædam, nonnulla amicè detraxerat.) *Munus tuum ſepulchrale fuit mihi acceptiſſimum: Divina providentia factum crediderim, ut in ultimo actu, virtutes Borromæi, ejus in primis vitæ contemptus, & animi in minime formitanda morte celſitudo, quem unice dilexi, & magna obſervantia ſum proſecutus, mihi proponerentur, ut alacrius ad patriam illam communem noſtram tenderem. Faxit Deus miſericordiæ Parens, ut ego, & tu aliquando in illa patria cœleſti Carolum noſtrum videamus, ibiq́ vere in Domino conjuncti perpetua felicitate perfruamur.* Romæ itaque die Jovis, 8. Jdus Octob. 1585. ætatis 71. è vita migravit; mortem cum à multis Annis cupiviſſet, migraturus exultavit. Chriſti è cruce pendentis imaginem millies oſculando repetebat, *Domine miſerere, ſicut vis, & ſcis.* Inſtante morte eandam intuens imaginem dixit; *Gratias tibi ago Domine, quod ad optatum hoc iter me adduxiſti, nec deſeruiſti in ultimo certamine:* vitamq́; clauſit dicens: *In pace in id ipſum dormiam & requieſcam.* In eccleſia ſui tituli ſepultus ſequens habuit epitaphium;

Guilielmo Sirleto Cardinali Stili in Calabria nato, hujus Eccleſiæ Preſb. S. Sedis Ap. Bibliothecario, Hebraicæ, Latinæq́ linguæ peritiſſ. Humanarum, Divinarumq́ diſciplinarum ſcientia claro: Eruditorum & pau-

& pauperum patrono ac parenti beneficentiss. ob probitatem ejus & pietatem singularem à Pio IV. P. M. sacro instante Collegio, Cardinali creato. Vixit Annos 71. obiit A. 1585.

Testamento præcepit, ut scripta sua, quæ defensioni aut ornamento Sedi esse possent Apostolicæ, Vaticanæ adjiceretur Bibliothecæ. Scripsit adnotationes in

Psalterium, Biblicum Apparatum: Correctiones in Jus Civile. Epistolas multas.

De Monarchia Ecclesiastica.

De Basilica S. Mariæ Majoris in Urbe.

De Basilicæ Vaticanæ præstantia.

Menologium Græcum Latinitate donavit.

Sanctorum nonnullorum vitas ex Græco Latinas fecit à Metaphraste scriptas.

Catalogum Archiep. Mediolan. quem habes in calce Galliæ Christianæ. S. Hieronymi scripta emendavit &c. teste *Mariana Victorio* Ep. Nil tamen edere voluit præter variantes Lectiones in Bibliis Regiis.

Ejus in funere peroravit vulgari idiomate Squitaci *Lactantius Arturus* Minor conventualis S. Francisci, ediditque Neapoli. Eidem scripsit suam de humana fragilitate orationem *Joseph Auria* Neapolitanus, & Joannes *Vaz Motta* prolusionem ad libros Topicorum M. Tullii Ciceronis. De eodem plura habes in Literis *Petri Victorii*, Julii Perusci, Latini Latinii. Tanti viri mortem lacrymis omnes sunt prosecuti. *Augustinus Valerius* Card. ad Antonium Caraffam hæc scripsit: *Quid hoc est? homo in disciplina*

Sirleti parum exercitatus, imitator tanti magistri quem suspicicbam, senex canicici, quæ certissima advenientis mortis, & non multum distantis nuncia est obitus mei, verborum, quæ apud S. Paulum legeram, parum memor, contristor de dormiente, quasi spem non habeam? lugeo è custodia vocatum à Domino, servum bonum ab exilio profectum in patriam, ex hujus peregrinationis fluctibus in portum deductum civem B. Hierusalem factum, frui SS. Trinitatis aspectu, & Societate Angelorum. Paulo post: *Tu, qui tanto Magistro es usus in S. Græcorum Patrum libris potissimum perlegendis, & ejus consvetudine plurimos annos te ad maximarum virtutum, quibus ipse præstabat, perpetuam imitationem effinxisti, recordatione Cardinalis Sirleti valde semper delectaberis. Ego vero delectabor, & illum veluci exemplar semper habebo ante oculos. Multiplex rerum humanarum & divinarum scientia cum admirabili humilitate conjuncta: Historiæ Ecclesiasticæ admiranda cognitio, cum perpetuo communicandi studio: sermo gravis & eruditus lepore & Charitate Christiana conditus: patientia summa in miserorum querelis audiendis: studium in subveniendis oppressis assiduum: mirum in dissimulandis excusandis, minuendis aliorum erratis: Rerum externarum, divitiarum imprimis, & inanis gloriæ contemptus; lenitas animi amabilissima: cautio valde probanda, ne domestici ejus illi dominarentur. In Consanguineis suis minimè divitibus ditandis digna Cardinali & Episcopo moderatio: orandi studium cum gratiarum ad Deum actione quotidianum: hilaritas à puritate conscientiæ pro-*

fecta:

fecta: hæc omnia animo infixa sunt meo: semper libentissimè commemorabo &c.

Consonans Stanislaus Card. Hosius, qui Sirletum *oraculum* dixit, *ad eum recurrebant, quicunque aliqua in re de Græcis Literis dubitabant, atque ob singularem virtutem, excellentemque doctrinam ad Cardinalitii honoris fastigium evectum.* & lib. 2. de legitimis judicibus rerum Ecclesiastic. *Vir cumprimis pius, doctus, ac insigni trium linguarum peritia præditus.* Aloysius Lippomanus præfat. ad Vitas Sanctorum: *Summæ eruditionis, ac doctrinæ mirabilis, spectatæ integritatis, singularisque innocentiæ.* Stanislaus Rescius in Vita Card. Hosii: *Amplissimus Card. Sirletus pietatis & doctrinæ laudibus cumulatissimus, qui assiduo studio & lectione pectus suum Bibliothecam Christi effecit.* Petrus Justinianus in Historia Veneta, *Solus Sirletus, qua erat singulari & incredibili animi modestia, Cardinalatus honorem admittere coactus* est, *eumque suscepit invitus, quem alii tanto mentis nisu, & ardore ambiunt.* Johannes Maria Toscanus Sirletum ob insignem trium linguarum peritiam his versibus ornat:

Magnum est Hebræo, Græco Latinoque disertum
Eloquio, triplici promere sensa sono.
Majus est, usus quod triplex illa profanos,
Respuit, & soli lingua dicata Deo est.

De eo lege Cabrerum Petramellarium, Auber. Gabutium *vita* Pii V. Bzovium. Panvinium. Baronium in notis ad Rom. Martyrolog. *die* 3. *Januarii.* Ludovicum Jacobum à S. Carolo *in Bibliotheca Pontificia.* Jo. Mariam Toleanum *in elog.*

elog. Andream Scotum, & Anton. Sanderum *in elog.* Victorellum. Carolum à Basil. Petr. *in Vita S. Caroli.* Joseph. Silos *Histor. Regul.* Joh. Rho *historia virtutum & vitiorum.* Spondanum. Henricum Albi *in elog.* Ludovicum Donium d' Attichy *in floribus Card.* ex quo supra dicta deduximus. Conf. Thuanum L. 82. Andr. du Saussay p. 42. Königs Biblioth. p. 758.

Ich habe des Jesuiten *Andr. Brunneri* eigenhändigen Brief / den er Anno 1636. den 16. Decemb. an unsern Herrn El. Ehinger geschrieben / in welchen unter andern auch dieses vorkommt: Sirletus Vir doctus fuit, & majus sui ordinis decus, quam qui hodie ingemiscente orbe terrarum bella ex bellis cudunt, & Sacram purpuram cruentis consiliis profanant.

Heideggerus l. c. p. 442. citiret auch SIXTUM SENENSEM als einen Commentatorem in Psalmos. Er hat aber weiter nichts als etliche Predigten über den ersten und funfzigsten Psalm publiciret / wie wir allbereit in Person. Jobi P. II. p. 539. angemercket.

In *Bernardi* Manuscript. Angl. Tom. I. P. III. p. 170. findet sich in Bibliotheca publica Cantabrigiensi n. 194. diese Rubric: Anonymus in Psalmos. Pr. Cum omnes Prophetas. Liber satis magnus. Censura ejusdam: ratio & via exponendi hos Psalmos non videtur absimilis expositioni auctoris, nuper impressi nomine SMARAGDANUS.

Von diesem schreibet *Sixtus* Senensis l. c. p. 300. *Smaragdus* Abbas Benedictini Cœnobii D. Michae-

Michaelis, Vir divinarum ſcripturarum eruditione clarus, ſcripſit in Pſalterium Commentarios &c. Mehrere Schrifften ſpecificiret *Possevinus* l. c. p. 418.

Cave l. c. p. 357. ſeq. gibt uns gnugſame Nachricht von ihm / meldet aber kein Wort / daß er etwas in Pſalmos ſolte geſchrieben haben. Ein mehrers ſiehe in *Molleri* Homonymoſcop. p. 624. ſeq. und denen daſelbſt allegirten Autoribus, *Tenzelii* Monatlichen Unterredungen Anno 1698. p. 108. ſeq. &c.

Ob SAMUELS SMITHS Davids gezegende manniere Pſalm (Niemweg. 1607. in 8.) hieher gehöre / wie Lipenius l. c. meldet / zweifle gar ſehr / denn wann ich *Kempii* Biblioth. Angl. zu Rathe ziehe / ſo erhellet daraus p. 76. daß Er nur über den erſten Pſalm geſchrieben habe.

In Perſonal. Hiobi P. II. p. 545. iſt angeführt worden / daß SEBALDUS SNELLIUS auch über die Pſalmen etwas weniges geſchrieben / weil mir nun nach der Zeit ſein Programma funebre zu Handen kommen / als habe hiemit dieſes ſonſt wenig bekannten Mannes Gedächtnüs der poſterität recommendiren wollen.

RECTOR UNIVERSITATIS
ALTDORFINÆ
LUDOVICUS JUNGERMAN,
Med. D. & P. P. Civibus Academicis
S. D.

Spiritus Sanctus, ut Feſto Pentecoſtes in Apoſtolis declaravit, varietatem linguarum aliorumque donorum, quibus Eccleſiam ejusque doctores

res & ornavit tunc, & ornaturum ſe deinceps quoque promiſit: ita varios etiam caſus experiendos dat quotidie iis, quos χαρισμάτων illorum munimentis & armis inſtruxit, nolens ſcilicet videri, quaſi fruſtra inſtruxiſſet. Exemplo nobis eſt præſtantiſſimus atque eruditiſſimus Dn. SEBALDUS Schnell / Alumnorum Inſpector dexterrimus atque fideliſſimus. Qui quanta eſſet pietate atque eruditione in ſacris & profanis, tum vivens in iis, qui fidei ipſius erant concrediti, tum moriturus de ſe ipſo & quidem ipſis hiſce Pentecoſtes feriis declaravit. Sane enim corporis & animi apud ipſum conditio fuit ejusmodi, ut Romanus Sapiens, cum Epiſt. 66. *Claranum* condiſcipulum ſuum corpore exiguis, animo ſummis dotibus ornatum deſcribit; prorſus non tam illum, quam hunc noſtrum celebraſſe videri poſſit; niſi quod ille ſenex, hic juvenis, (talis tamen, in quo bona & mala ſenectutis, prudentia, inquam, & fragilitas corporis mire concertarent;) ille Ethnicus Stoica, quæ Senecæ ſumma videbatur, hic Chriſtianus & nomine ſuo unice digna ſapientia decoratus fuerit. Sed curſum vitæ, qualem eſſe a primis initiis ad annum uſque proxime elapſum ſua manu deſcripſit, apponemus: paucis adjectis, quæ partim nobis, prioribus illis temporibus comperta, partim ab iis, qui ipſi ad finem usque vitæ adfuerunt, indicata ſunt. Sic autem ipſe de ſe ſua manu in ſchedula libello quotidianarum precatiuncularum inſerta: *DOMINE, mi-*

vor sum omnibus miserationibus tuis, quas servo tuo exhibuisti. Natus sum Noribergæ d. 18. Martii A. 1621. parentibus probis & honestis, Patre NICOLAO SCHNELL / *figulo, die 18. Sept. A. C. 1632. denato, matre MARGARETA* Zach-holzerin / *qua ipsa etiam d. 6. Dec. A. C. 1637. obiit. E sacro Baptismatis fonte me levavit Nobilissimus Vir Dn. SEBALDUS* TUCHER / *Patritius Noribergensis &c.* Nec vero egregiæ huic indoli, quamvis, ut conjicere licet, re domi angusta, Mæcenates, Promotores & Præceptores fideles defuerunt. Sic enim ipse porro: *Primus mihi studiorum auctor promotorque fuit Vir Nobilissimus atque Prudentissimus Dn. GEORGIUS CHRISTOPHORUS* VOLKAMER / *cujus hortatu datus sum informandus per biennium Dn. JOHANNI DIETLINO; post sub initia Gymnasii Ægidiani duos exegi annos sub Dn. JOHANNE GRAVIO, unum sub Dn. MANNERO, A. C. 1636. d. 20. Junii Altdorfium veni, alumnorum beneficio a Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo ac Prudentissimo Dn. ULRICO GRUNDHERO* (tunc Ephoro, nunc Duumviro Eminentissimo) *impetrato, Idem reliqui A. 1641. d. 10. Augusti mensa communi donatus. A. 1644. d. 29. Junii Magister Artium & Philosophiæ creatus sum* (& quidem primo loco inter competitores, quos habebat paucos quidem, eruditionis singularis laude paucitatem egregie compensantes,) *Decano viro Nobil. atque Experientissimo Dn. GEORGIO NOESLERO Medic. & Phys. Doctore ac. P. P. &c.*

P. &c. Eodem anno d. 1. Maji primam Creusiani ſtipendii penſionem accepi, cum d. 1. Februarii ultimam Dilherriani tuliſſem, quo per octennium eram uſus. Primam etiam Clarneriani tuli anno 1640. d. 1. Maji. Ut vero hæc ſtipendia non adjumento magis quam documento fuerunt eruditionis & virtutis, cui talia deberi Exemtores & Inſpectores ſtipendiorum exiſtimabant, ita quanti a primariis hoc in loco Viris fieret, ſequentia docuerunt. Sic enim ipſe, *Anno*, inquit, *1642. d. 29. Junii in contubernium a Viro Clariſſimo atque Excellent. Dn. THEODORICO* Hackſpan/ *Linguarum Orientalium Inſpectore aſcitus ſum.* Quem ſingularem hujus Viri affectum peperit ipſi inſignis Linguarum Orientalium (præter reliquarum & ipſius Philoſophiæ) notitia & peritia, quam ita præclaram ſi tunc nondum habuit, ut tamen haberet vel acquireret laboraſſe, idque non fruſtra diſputationes & ſimilia ſpecimina hactenus docuerunt. Nec exiſtimationis de ipſo vulgaris judicium fuit etiam hoc, quod *anno*, ut ipſe refert, *1643. menſe Octobri Studiis privignorum Nobiliſſimi ac Strenui Viri Dn.* CHRISTOPHORI Dietherrn remuneratione primo pecuniaria, poſt *a. 1644. ipſo convictu facta, præfectus*, tandem vero *cum An. 1645. ad menſam communem rediiſſet, anno 1647. menſe Januario Alumnis* Inſpector *datus ſit.* Quo nomine Benigniſſimus Magiſtratus noſter reſcriptum tunc ad Univerſitatem edidit verbis conceptum ad eo honorificis, ut magno

eum ipsis esse in precio satis appareret. Tan-
dem quæ de vitæ suæ curriculo ipse annotavit,
ita concludit: *Anno* inquiens, 1648. mense Majo
ultimam Creusiani stipendii pensionem, & men-
se Augusto Clarneriani tuli. A. 1648. mense
Octobri incidi in morbum, anno 1650. mense
Junio, eodem levatus sum. Levatum se dicit;
nec enim restitutum eventus, beatus quidem
tandem, sed tamen tristis & in oculis nostris mi-
serabilis ostendit. Lenta quidem phthisi, dif-
ficultate respirandi, lassitudine, & proximis die-
bus pedum etiam tumore affectus, vacillante
adeo spe diuturnioris vitæ *Dominica Rogationum*
Sacra Synaxi publice usus est, quamvis imbecilli-
tate & doloribus exquisitissimis adeo interpella-
tus, ut metuens ne succumberet, frequenter in-
geminaret: HErr stärcke mich noch dißmal. Et
ex hoc voto non illum tantum actum absolvit, sed
etiam die Dominica sequenti, quam *Exaudi* vo-
camus, publicæ concioni matutinæ, quæ de so-
latiis Spiritus sancti erat, interfuit. Et hic con-
gressus in publico ultimus ipsi fuit. Cum enim
morbi incrementum assidue sentiret, domi se con-
tinuit. Animo tamen non deficiens, mortem in-
trepide expectavit, imo, beata modo esset, assidue
optavit. Hujus appropinquantis signa eviden-
tiora apparuerunt, ipso Festo Pentecostes, ubi post
sumtum prandium, dolores solito graviores cor
præcipue adorti lecto ipsum straverunt. Quibus
quamvis post usurpata remedia remissioribus ini-
tio visis, brevi tamen ad excretiones & anhelitus
gravio-

graviores compulſus, deliquiis etiam animi ſubinde obnoxius, non deſiit ad Deum ardentiſſime ſuſpirare, & animam ſuam Chriſto Servatori commendare. Dicta S. Scripturæ & S. Patrum ſibi ipſi ſubinde ſuggerens, animum ab omnibus offenſionibus atque ſimultatibus purum ſerio conteſtatus; diſceſſum ex hac vita beatum orans; repetens e vernacula noſtra: HErr mach es wunderlich/ nur ſeeliglich. Item: Wenn mein Stündlein vorhanden iſt ꝛc. Item: Kans ſeyn/ ſo gieb durch deine Hand mir ein vernünfftig Ende ꝛc. Horum votorum compos factus intra h. 4. & 5. matutinam poſtridie Feſti Pentecoſtes exitu placido & adſtantibus vix perceptibili ex hac vita emigravit &c. Quid veſtri jam ſit officii, Cives Academici, ut vos non ignorare ſcimus, ita prolixa adhortatione opus non eſſe confidimus, Pietas, eruditio ſingularis, aliæque virtutes beate defuncti, quæ largum reip. Chriſtianæ fructum jam ediderunt, majorem multo, ſi ſuperſtes fuiſſet, oſtenderunt, frequentes ipſi exequias a vobis & bonis omnibus promittunt, B. V. P. P. Cal. Iun. A. Æ. C. cIɔ Iɔ cLI.

Dieſes habe hiebey noch gedencken wollen/ daß er ſeine Bibliothec der Univerſität Altdorf legiret/ und zwey Jahr vor ſeinem Ende ſich vorgenommen einen vollſtändigen Commentarium in Pſalmos zu verfertigen.

Draudius in Bibl. Claſſ. p. 349. und Fab *Juſtinianus* führen LUDOVICUM SOLUM einen Prediger Mönch/ als einen Commentatorem in

Psalmos an / welche Arbeit mir aber nie zu Gesich-
te kommen.

F. ANTONIUS DE CACERES ET SOTO-
MAJOR, ex oppido Caceres, quod in Extrema-
dura satis notum est ac nobile, oriundus, Grana-
tæ vero claris parentibus natus, in Salmanticensi
cœnobio Dominicanorum se familiæ applicuit;
Complutique ad Divi Thomæ collegium mansit.
Philippo hujus nominis III. Regi Catholico etiam
tum Principi fuit à confessionibus; indeque Astu-
ricensis Præsul; vir multa lectione sacræ paginæ,
ac veterum Ecclesiæ Patrum; vulgari linguâ di-
sertus & eloquens; qua scilicet scripsit

Paraphrases de los Psalmos. Philippo Regi III.
dedicans. Olissipone 1616. fol. prodiit posthu-
ma ex officina P. Crasbech.

Sermones, duobus tomis. Valentiæ 1611. in
folio edita fuit secunda pars; prima vero adhuc
desideratur.

Obiit A. MDCXV. ætatis climacterico LXIII.
Antonius l. c. P. I. p. 86.

PETRUS DE SOUSA Lusitanus, Algarbien-
sis ex oppido Villanova de Portimao, in sodalitio
clericorum regularium Minorum, cui ex primis
Matriti nomen dixit, ex Italia ad nos transvecto,
inprimis etiam floruit, regendis sodalibus ferè
semper applicitus. Scripsisse dicitur super *Psal-
mis Davidicis* duo volumina, quæ asservari in
Salmantino collegio annotavit G. *Cardosus* in A-
giologio Lusitano die X. Junii, qui & ait obiisse
eum Hispali hoc die A. 1626. *Idem* ibidem P. II.
p. 194.

WOLF-

WOLFGANGUS SPETH natione Germanus, patria Bambergensis, natus anno seculi præterlabentis 4. Societati vicennis se adscripsit, & professionem 4. votorum emisit, docuit disciplinas humaniores Philosophiam & Theologiam Scholasticam. Gubernavit Collegium Bambergense, vir facili ingenio, morum amœnitate, ac candore omnibus tam domesticis, quam exteris gratus. Demum hydrope confectus vivere desiit in hoc seculo, magno sui relicto desiderio Herbipoli die 20. Januarii 1660. Edidit Germanicè.

Paraphrasin in Psalmos, & Cantica, 1658. in 8. Sotvvell l. c. p. 782.

Fab. Justinianus in seinen Comment. de S. Scrip. p. 404. allegiret zwar GUIL. STAPHYLART als einen Commentarium in Psalmos; daß er aber unter diese Zahl nicht gehöre / erhellet aus dem / was wir künfftig / wils GOtt bey den Comment. in Jesaiam unter seinen Nahmen erinnern werden.

Heidegger in Enchirid. p. 442. citiret auch den STELLAM, weil aber gar viele dieses Nahmens sind / so kan eigentlich nicht melden / welchen er damit gemeinet / aufs wenigste kan es *Didacus Stella* nicht seyn / als der nur über den 136. Psalm geschrieben / wie wir in Person. Jobi P. II. p. 628. angemercket.

Liber Psalmorum cum annotationibus ex Hebræorum Commentariis, Lutet 1546. ex Jamesii Catalogo additis notis p. 408. à Nic. Rava-

nello HENRICI STEPHANI imò *Roberti* observat *Normannus* in schedis suis transmissis. Eam editionem diligentissimus Beughem in suis incunabulis typographiæ memoratam non habet. *Placcius* in Theatr. Anon. p. 158. Wir wollen gleichfals ihre Fata & Scripta auf bequemere Gelegenheit verſparen/ und uns vor jetzo nur auf *Adolph. Clarmundi* P. VIII. der Lebens-Beschreibung gelehrter Männer n. 5. und 6. nebst denen daselbst citirten Scribenten beruffen.

Wie sehr dieses Werck in dem Indice LL. prohibitorum Sotomajoris castriret worden/ mag dieser Augenschein p. 104. seq. bestättigen. Ex Opere, cui est inscriptio, *Liber Psalmorum Davidis. Annotationes in eosdem ex Hebræorum Commentariis.* Lutetiæ, ex officina Roberti Stephani typographi Regii 1546. Adjuncta est huic operi duplex Psalmorum translatio Vetus & Nova. In ipsa prima libri Inscriptione, post illa verba, *Ex Hebræorum Commentariis*, adde, *monemus lectorem translationem novam, & Scholia horum Psalmorum à Roberto Stephano, auctore damnato, primum edita, & depravata fuisse.*

Psalm I. initio, ad versum, *Non sic impii* &c. dele marginalem notam, *Impiorum & infidelium interitus.* — Psalm 2. num 23. post vocem, *Acclamatio*, dele usque ad finem numeri — Ps. 3. num. 16. post illud, *Tu Deus populum tuum, servare, tutari, liberare*, &c. dele usque ad, exclus. — Psalm 4. num. 12. ibi, Animi resipiscentiam,

centiam, & *mutationem*, *lege*, *Pœnitentiam.* — Eodem Psalm. num. 55. post illud, *Verba Davidis*, dele usque ad finem num. Ps. 7. n. 1. post illud, *initium erat Siggaion*, dele usq; ad fin. n. — Ps. 10. juxta supputationem Hebraicam (quam Auctor deinceps sequitur in nova translatione, & in Annotationibus) num. 9. post illud, *Hyperbole est*, dele usque ad, *unde hic solo*, exclus. — Psalm. 14. num. 1. post illud, *Res humanas curet*, dele usque ad finem numeri. — Eodem Psalm. num. 12. post illud, *à tyrannide Saulis*, dele usque ad *confirma (inquit David,)* excl. — Psalm. 15. initio, dele. margin. *Quibus oporteat esse moribus præditos*, &c. — Psalm. 16. in textu novæ translationis, num. 20. dele ab initio versus penultimi inclusivè, qui incipit, *Neque enim deseres*, &c. usque ad, *Neque permittes*, *ut beneficus*, exclus. — Et post illa verba, *animam meam*, dele etiam totam annotationem hujus loci, quæ incipit, *Cadaàer meum*, &c. — Ibidem dele maginalem, *Anima pro cadavere* — Eodem Psalm. num. 22. post illud, *sed mox resurgere facies*, dele usque ad, *Videre autem foveam*, exclus. — Psalm. 18. fol. 29. pag. 1. ante medium, ad versum, *Rependebat mihi Dominus* &c. dele marginalem, *Puritas Christi*, *quæ & nostra facta est.* — Psalm. 28. fol. 47. pag. 1. ante medium, ad versum, *Laudandus Dominus*, &c. in marginali, *Gratias agit pro accepta consolatione salutis certa* — Psalm 32. initio, dele marginalem, *Qui beati & justi*, Job. 4. A — eodem Psalm. deleatur totus num. 2. qui incipit, *Cui condonatum*

est scelus, &c. — eodem Psalm. expungatur totus num 3. cujus initium, *Cui non solet imputare*, &c. — eodem. Psalm num. 5. post illud, *in fremitu meo tota die*, dele usque ad, *Paulò post sequitur*, exclus. — eodem Psalm num. 8. post illud, *sententiam hanc esse notandam*, dele usque ad, *Hic locus ostendit*, exclus. — eodem Psalm num 14. ibi: *Invitans ad resipiscentiam*, pro *resipiscentiam*, scribe *pœnitentiam* — eodem Psalm num. 17. post illud, *doloribus afficiuntur improbi*, dele usque ad finem numeri. — Psalm 33. num. 2. post illud, *vos justi estis*, dele usque ad finem numeri. — Ps. 36. num. 15. post illud, *& ignorantia liberabimur*, dele usque ad, *Beneficio luminis tui*, excl. — Ps. 37. fol. 64 pag. 1. ante medium, ad versum. *Quoniam malefacientes*, &c. dele marg. *Male agentes, & Deo fidentes* — Eodem Psalm fol. 65. p. 1. in medio, ad versum, *cum ruit non corruit*, &c. dele marginalem, *Deus Dux, & Rector fidelium.* — Eodem Psalm fol. 65. pag. 2. initio, ad versum, *Juvenis fui, & nunc senui*. &c. dele marginalem, *Fideles non dereliquntur à Deo.* — Ibidem paulò inferius ad versum, *Recede à malo*, &c dele marginalem, *Exhortatio ad opera fidei.* — Eodem Psalm num. 35. post illud, *à Deo afflicti*, dele usque ad, *Panem intelliget victum*, excl. — Psalm 40. fol. 72. pag. 1. sub initium, ad versum, *Deprædicavi justitiam tuam*, dele marg. *Justitia qua peccator justificatur, & misericordiam prædicavit Christus.* — Ibid. paulò inferius, ad versum, *Quoniam me* &c. dele aliam marg. *Christus afflictus putat*

putat se derelictum à Patre. — Psalm 47. num. 15. post illud, *utrique merito faciunt*, dele usque ad *excellentissimus & potentissimus*, excl. — Psalm 49. num 9. post illud, *mearum occupabit me*, dele usque ad, *Non aberit à me iniquitas*, excl. Eod. Ps. 27. post illud, *vel imaginem, sivè robur*, dele usque ad, *Hic versus est verum ænigma*, excl. — Ps. 50. num. 1. post illud, *potentissima manu assertutus*, dele usque ad, *Alii volunt hoc Psalmo*, excl. — Psalm 51. num. 1. post illud, *Bonitatemq́ Dei prædicandam*, dele usque ad, *adjuncta prece pro*, exclus. — Eodem Psalm num. 13. post illud, q. d. *peccato nunquam carui*, dele usque ad, *cum adhuc in utero matris*, exclus. — Eod. Psalm. num. 39. post illud, *voluntatem tuam*, dele usque ad finem numeri. — Eodem Ps. num. 41. ibi corrige & lege: *Quæ testantur, & efficiunt veram justitiam* — Ps. 53. deleatur totus numerus 7. *nec resipiscunt*. — Psalm 62. expungatur totus numerus 3. cujus initium, *Per salutem divinam*, &c. — Eodem Psalm. num. 7. ibi; *Lædere, qui à solo Deo pendeat*, dele vocem *solo* — Eodem Psalm. deleatur totus num. 9. Gallicè, esbranlee. — Eodem Psalm num. 22. post illud, *confugiendum ad Deum*, dele usque ad finem numeri. — Psalm 65. num. 4. post illud, *Omnis caro veniet*, dele usque ad, *unde dicit: Exaudies*, excl. Eodem Psalm num. 6. post illud, *scelera nostra*, dele usque ad, *Relativum cum* antecedente, exclus. — Psalm 67. num. 8. post illud, *Pro sua misericordia*, dele usque ad finem numer. — Psalm 69. fol. 118. pag. 2. prope medium, ad versum. (si quando) *fletu & jejunio*, &c. de-

&c. dele marginalem, *Christus satisfactio pro peccatis.* — Psalm 71. expungatur totus numerus 2. cujus initium, *qua scilicet omnes*, &c. — Psalm. 72. fol. 124. p. 1. in medio, ad versum, *Beneficus erit in attritos*, &c. dele marginem, Peccata *agnoscentem liberat Christus.* — Psalm. 73. num. 20. post illud, *Habere curam sui*, dele usque ad, *Itaque coepi statim*, exclus. — Psalm. 81. fol. 143. pag. 1. circa medium, ad versum, *non erit in te Deus*, dele marginalem, *Qui Deo credit, in nullo* alio fidit. — Psalm. 85. num. 23. ibi: *Veraces, & fideles justificabit*, pro, *fideles*, scribe, verè pœnitentes. Psalm. 89. fol. 155. pag. 1. ante medium, ad vers. *Si filii ejus legem meam*, &c. dele marginalem, *Peccatores punit salvaturus quidem Deus: Sed tantum propter*, &c. — Psal. 91. initio, dele marginalem, *canit, quam tutus agat, liberque malis universis, qui Deo* &c. — Psalm. 95. num. 12. post illud, *ipsemet curam habet*, dele usque ad finem numeri. — Psalm. 96. num. 11. post illud, *non agitabitur orbis*, dele usque ad, *Et ita cœli, & terra*, &c. — Psalm. 99. fol. 166. pag. 2. circa medium, ad vers. *Moses, & Aaron inter sacerdotes*, &c. dele marginalem, *Peccatis Sanctorum propitius Deus*, &c. — Psalm. 125. initio, dele notam marginis, *Deus fidentes* sibi &c. — Psalm. 126. fol. 210. p. 1. post medium, ad vers. *Qui seminat cum lacrymis*, &c. dele marginalem, *Fideles sequitur Crux*, &c. — Psalm. 128. initio, in margine, *Beatitudo timentis Deum in laboribus manuum*, dele, *in laboribus manuum.*

Was

Was AUGUSTINUS STEUCHUS (nicht *Stenchus*, wie in Personal. Jobi. P. II. p. 628. falsch gedruckt worden/) über die Psalmen geschrieben/ haben wir in jetztgedachten Person. l. c. p. 632. angezeiget. Cujus libri de perenni Philosophia solidæ pietatis, ac veræ Philosophiæ indices sunt, continentque medullam omnium antiquorum Philosophorum. *Cardinal. Bona* in Opp. p. 580. Es lobt auch dasselbige Scriptum *Joach. Joh. Maderus* de scriptis Antediluv. p. 4. hingegen schreibt *Grübelius* in disp. de consecratione Principum p. 15. Abunde præstitit, quicquid hic desideraveris, & felicius præstitisset, nisi securè nimis Scriptis genuinis adulterina admiscuisset.

Der Allererste der Theologiam naturalem recht gründlich untersuchet/ und sie aus der Scholastischen Dienstbarkeit und unnützen Grillen-Fängerey erlöset hat/ ist der berühmte Canonicus Regularis und Bibliothecarius Apostolicus in Italien Augustinus Steuchus, der von seiner daselbst in Spoleto gelegenen Landstadt Eugubio insgemein auch Eugubinus genennet wird. Denn er hat eben um die Zeit da das Reformations-Werck allhie in Teutschland am hefftigsten getrieben wurde/ ein Buch in 4. heraus gegeben/ de perenni Philosophia, darinnen er die Theologiam naturalem so ausbündig und herrlich fürgetragen/ daß der alte Julius Cæsar Scaliger diesem scripto nach der Bibel den ersten Platz gegeben/ und sich berühmet/ er habe einen

nen berüchtigten Atheisten damit bekehret / und zu einen hitzigen Verfechter der Christlichen Religion gemacht / und von der Zeit an ist diese Wissenschafft in Italien immer mehr und mehr excoliret / und in eine bessere Verfassung gesetzt / endlich auch über das Alp-Gebürge in Teutschland transferiret worden. *Jac. Frider.* Reimann in der Einleitung in Hist. lit. Germ. P. III. 1. Haupst. p. 118.

Orientalium linguarum peritus, *Quenstedt* l. c. p. 348. und D. *Calov.* lobt seine Arbeit in Pentateuch. Bibl. illustr. P. I. p. 211.

PETRUS STEUCHIUS Sudermannus, Lector Stregnensis, post Concionator Regius, dein Pastor in Fogdåöe / nunc primus Superintendens Hernosandensis.

Conciones in librum Psalmorum Davidis, proverbia, Syraciden & Ruth. quæ Mss. servantur apud auctorem, cum non paucis aliis, quorum mihi hactenus videndi copia non est facta. *Schefferus* in Suecia literat. p. 162. seq. p. 331. 396.

LAURENT. MATTHIÆ STIGZELIUS, Angermañus, Logices primo, post Th. D. & Professor, Pastor, tandemque Archiepiscopus Upsaliensis &c. *Schefferus* l. c. p. 136. Von welchem Autore Herr *Mollerus* in Hypomn. p. 392 seq. noch diese Nachricht hinzu gefüget: *Laur. Matthiæ Stigzelius*, in Parochia Angermanniæ Rurali Stigsiœ, Patre Mathia Helgonis, illius Pastore, An. 1598. Lo-

1598. natus 1630. Logices Professionem Upsaliæ obtinuit, ab A. 1633. ad 1636. Germaniam, Galliam, Britanniam & Belgium, itinere perlustravit literario, An. 1640. factus est Prof. Theologus & Past. Dænnemarkensis, Anno 1648. Th. D. & Prof. Primarius, Parochusque Upsaliensis, & An. tandem 1669. post. Joh. Canuti Lenæi obitum, Archiepiscopus, ac Academiæ Procancellarius. Obiit, post Nobilitatis Privilegia, cum Liliemarkii cognomine, a Rege impetrata d. 31. Aug. An. 1676. æt. 78. Plura de illo suggerent Joh Schefferi *Memoria* ejus, Holmiæ An. 1677. in fol. excusa, Mart. Brunneri *Or. Funebris* in Libello hoc p. 217. laudata, Joh. Columbi *Progr. Funebre*, in Henn. Wittenii *Dec. XV. Memor. Theol. Renov.* (p. 1924. 1930.) una cum Scriptorum Indice, obvium, & Wittenii ipsius *Tomus I. Diar. Biogr. ad d. 31. Aug. Anno. 1676.* A Georg. Calixto suo olim in Acad. Julia Præceptore *in Refutat. Germanica Calamniarum Jac. Welleri, lit. Sss. 26. Sss. 3. a) Vir eximia Virtute & Eruditione* vocatur.

D. HESHUSIUS in der Vorrede über D. Morlini Auslegung der Psalmen schreibt gegen das Ende / etliche Ausleger des Psalters haben ihre Irrthümer in ihre Erklärung mit eingeflickt / und also das heilsame Buch der Kirchen gefährlich beflecket. VICTORINUS STRIGELIUS, da er in den 119. Psalm die Worte erkläret: Ich thue meinen Mund auf 2c. vertheidiget der Pelagianer und Synergisten Irrthum / daß

des

des Menschen natürlicher Wille / Gottes Wort etlicher Massen annehmen könne / wann der H. Geist ihn erleuchtet / so doch die Schrifft zeiget / daß der Mensch todt sey in Sünden / und muß vom H. Geist lebendig gemacht werden. Also vertheidiget er auch den freyen Willen / nach Papistischer Art in der Auslegung des 95. Psalms / dafür sollen sich fromme Hertzen hüten / und nicht allen Auslegungen des Psalters ohn Bedacht Glauben geben.

Der Titul dieses Buchs lautet also: ὑπομνή-
ματα in omnes Psalmos Davidis, ita scripta, &
à piis amantibus consensum expressum in scri-
ptis Propheticis, Apostolis, Symbolis & Scri-
ptoribus vestutis ac purioribus utiliter legi possint.
Ad finem adjecta sunt grammatica annotata, ex-
plicantia quorundam titulorum, vocum & phra-
seon in Psalmis nativam significationem. In
der Vorrede macht er eine lange Apologie sei-
ner Lehre wegen ꝛc. e. g. Ne autem verba ma-
gis quam res ad me purgandum parare videar,
hanc qualemcunque enarrationem Psalmorum
edidi, in qua nullius novi aut falsi dogmatis au-
tor sum, sed pii & mediocris interpretis officio
fungor. Moneo enim Lectorem de genere ser-
monis & de phrasi, cujus intelligentia præci-
puum lumen est lectionis propheticæ: Ostendo
etiam seriem versuum in Psalmis, & dicta Pro-
phetæ ad præcipuos locos doctrinæ Christianæ
transfero, denique repeto meam confessionem de
præcipuis articulis fidei, & refuto corruptelas
Judaicas,

Judaicas, Papiſticas & ſimiles, quæ Lectori lucem eripiunt, & quaſi noctem quandam offundunt. Sed non dicam de mea opera qualicunque & de cauſa editionis plura, cum in hac tota re nihil aliud ſpectem, niſi id, quod omnibus piis propoſitum eſſe debet, videlicet ſuo quisque loco propagationem Evangelii & diſcentium ſtudia adjuvet &c.

Cum autem ingenui & grati animi ſit fateri per quos profeceris, diſerte profiteor me bonam partem hujus ſcripti à Reverendis Præceptoribus meis perpetua gratitudine colendis D. *Martino Luthero*, & D. *Philippo Melanchthone* mutuatum eſſe, quorum ſæpe honorificam mentionem, ut par eſt, facio. Quicquid enim ab his ſummis viris ſcriptum eſt ad Pſalmos ornandos & illuſtrandos, id omne mediocri diligentia evolvi, & ex horum enarrationibus tranſtuli ad hæc hypomnemata, quæ ſingulis materiis congruebant. Etſi autem poteram interdum ſigna rerum mutare, ne autores agnoſcerentur: tamen propter duas cauſas non modo ſententias, ſed etiam verba horum virorum retineo. Primum, ut ipſo facto oſtendam, quos habuerim Præceptores, & quorum judicia de maximis rebus & de dogmatibus amplectar. Ut enim Irenæus citat Polycarpum, Epiphanius Irenæum, Baſilius Georgium Neocæſarienſem: ſic me non pudet Præceptorum meorum, quorum teſtimonia ſæpe multumque candido & grato pectore allego. Accedit illa quoque cauſa, *quod in Eccle-*

ſia diverſe dicendi ſtudium non magnam laudem meretur. Nam mutatio formarum loquendi, quæ approbata ſunt gravi autoritate in Eccleſia, aut errores aut diſſidia parit. Sit ſane copiæ laus, eadem aliter dicere, quid laudis habet, ut aliter dicas, maledicere?

Si quis autem offenditur crebra repetitione ejusdem generis verborum & ſententiarum, huic cum Nazianzeno reſpondebo, nemini mirum videatur in hac concione aliquid repeti eorum, de quibus alias ſæpe dictum eſt. Non ſolum enim eadem dicam, ſed etiam de eisdem.

Poſtremo ad finem Commentarii adjeci non inutile epiſagma, videlicet micas profuturas ſtudioſis linguæ Ebrææ, quas cadentes de menſa R. viri D. Doctoris *Erhardi Snepffii*, ſoceri & patris mei colendi ſtudioſe collegi, & cum aliis communicanda putavi, non tantum propter Pſalterii, ſed etiam propter Moyſis & Prophetarum reliquorum lectionem. Etſi enim parva & tenuia videntur hæc fragmenta: tamen aditum patefacient ſtudioſis ad Ebraicum textum Bibliorum facilius ac dexterius intelligendum.

CYPRIANUS SVAREZ, ſeu *Soarius* natione Hiſpanus, patria ex Ocaniæ oppido Diœceſis Toletanæ, ætate matura, & 28. annum agens, ſocietati ſe noſtræ dicavit anno ſalutis 1549. die 21. Septembris. Vir fuit candidi ingenii, priſcæ fidei, multæ ac variæ eruditionis, Latinis, Græcis atque Hebraicis litteris perfectè doctus; liberalibus artibus apprime ornatus, Sacrarum Scrip-

Scripturarum ſcientia probe inſtructus, ut qui Rhetoricam ſeptennio, ſacras literas amplius 20. annos, publice profeſſus fuerat; ſubtilitati in ſcholis diſputandi, conciliorum, Sanctorum PP. humanæ, atque divinæ Hiſtoriæ cognitionem adjunxit. Collegium Poracharenſe in Luſitania rexit, & poſtquam diu Academiæ Eborenſis & Collegii noſtri ſtudiis præfuit, atque in Complutenſi Sacram Theologiam profeſſus eſt, tanquam rude donatus, atque emeritus miles ſeptuagenario major, Placentiæ diem ſuum ſancte obiit, anno 1593. die 19. Auguſti, ab emiſſa Conimbricæ profeſſione 4. votorum 30. *Sotvvell* l. c. p. 164. allwo er zugleich bezeuget / daß er einen Commentarium in Pſalmos geſchrieben / der aber zur Zeit noch nicht gedruckt worden. conf. Comment. in Cantic.

THOMAS SUETONIUS, Anglus, Ord. Præd. ſcripſit commentaria in Pſalterium. Vivebat Anno 1290. *Poſſevin.* l. c. P. II. p. 492.

Von SYMMACHI expoſitione in Pſalmos iſt ſub nomine *Corderii* P. VIII. p. 514. Lambecii Bericht communiciret worden. Ein mehres von ihn iſt in *Cave* l. c. p. 47. zufinden.

STEPHANUS SZEGEDI ſ. SZEGEDINUS, à loco nativitatis ita appellatus, genuino vero familiæ ſuæ cognomine *Kis* dictus, ex genere *Cumanorum*, quod vel agnomen indicat. *Szegedini* fuit natus *Inferioris Hungariæ* emporio, ſale Tranſylvanico celebri, Anno 1505. Cum adoleſcens *Lippaini* deinde *Gyulæ* in Hungaria literis ope-

ram dedisset, parentibus tandem fato amissis Scholas propria ferula gubernandas suscepit, in- de celebrioribus Hungariæ Scholis lustratis, Cracoviam se Anno 1540. conferens, provin- ciæ ibidem enarratorum Autorum admotus est, magna nominis sui celebritate. Cum vero Lu- theri & Melanchthonis fama in Hungaria quo- que atque Polonia nonnihil percrebuisset An. 1541. Vittebergam petiit, ibiq; Dialecticam, Locosque communes ex ore Melanchthonis, Sacras vero commentationes prælegente *Luthe- ro* sedulus excepit. Anno 1544. demum in pa- triam reversus, *Thasnyadini* à civitate conductus, in schola juventutem erudivit, & in templo ve- ritatem Evangelii plebi annunciavit. Ob id The- saurarii Regii jussu plagis barbaricè tractatus, calceisque ferreis adeò vexatus, ut sola respi- randi facultas superfuerit, libris dein omnibus ultra 200. cum supellectile spoliatus, urbe ex- pulsus est. Anno 1540. Dum in exilio ita vaga- retur, legitime vocato Szegedino, *Gyulæ* Scho- læ gubernatio demandata est An. 1546. Cum transiisset ad Ecclesiam *Ceglediensem*, literato- rum quorundam hominum suasu, ibi publico salario conductus, non solum in templo docere, sed in schola quoque Locos communes Melanch- thonis enarrare cœpit. Anno 1548 ibidem pri- mam uxorem *Ursulam* duxit. Postea *Temesva- rium* à Comite & urbis Præfecto Petro Petro- vicio ad Scholam ibi tum celebrem gubernandam invitatus, conditionem eam acceptans, non so-

lum

lum juventutem in ludo docuit, ſed etiam ad populum concionatus eſt, Collegâ *Chriſtophoro Lippenſi.* Sed Comite illo è vivis ſublato, ab ejus ſucceſſore *Stephano Loſſontzio* cum plerisque aliis Orthodoxis exturbatus, iterum exul factus, *Thurunnum*, ad ripas *Beretyonis*, oppidum An. 1551. migravit, ubi itidem in templo & Schola docuit. A. C. 1553. Bekeneſium legitime vocatus conceſſit, ubi præter Conciones publicas in ſchola quoque more ſuo docuit. Sed brevi poſt, exorto tumultu, cum captus & vinctus Duci *Camponio* adductus eſſet, à milite quodam, olim diſcipulo ſuo liberatus, captivitate pariter & morte ſe expedivit, trajecto fluvio Chryſio. Inde ſub finem Anno 1553. *Tolnam* vocatus, in Schola maxime laboravit, deinde etiam *Michaelis Statini*, Paſtoris Eccleſiæ precibus adjutus, in Templo concionatus eſt. Ibidem alteram conjugem duxit *Eliſabetham*, Johannis Beremenii, Paſtoris Eccleſiæ, viduam. An. 1554. Laskovium traductus ſuſcepit ſuo more ſcholæ ſimul & populi inſtitutionem, Generalis totius Baronatus Superintendens declaratus. a. 1558. *Calmantſemum* migravit. Ibi à Turcis captus, varias calamitates perpeſſus eſt, donec liberatus *Kevinum Hungariæ* oppidum perductus eſt, ibique ſedem fixit Anno 1563. placideque expiravit 2. Maii Anno 1572. ætatis 67. Cadav. 3. ſeq. Maii honorifice terræ eſt mandatum, tumuloque hoc Epitaphium additum:

Eloquio rarus, mira gravitate verendus,
Ingenio felix & pietate sacer:
Heu jacet eximius parvo sub cespite Doctor!
Hic Stephanus requiem qui Szegedinus habet.
Hunc Juvenem vidit schola bis peregina disertum,
Dogma, Luthere, tuum, teque Philippe, sequi.
Post varios casus & multa pericula vitæ,
Dum petit, aut dotes spargit ubique suas:
Sensit ad extremum plebs sacra Kevina docentem,
Admirans senio multa notare gravi.
Unde quidem Christi cultor non fictus honoris,
Hunc sua non ægrè per monumenta colet.

In conjugio vixit Szegedinus terno inter varias calamitates & Iliada malorum. Prima conjux fuit *Ursula*: secunda *Elisabetha*, quam præmisit Anno 1570 mense Augusto: Tertiam paulò ante obitum duxit, itidem *Ursulam*, quam superstitem reliquit. Pater fuit plurium liberorum, sed quibus ipse invitus supervixit.

Ingenii ejus monumenta literis mandata, & in Ecclesiæ Dei usum data, hæc sunt: *Tabulæ Analyticæ in Prophetas, Davidem scilicet, Esaiam, Danielem, Ezechielem, & Hieremiam, Schafhusiæ Anno 1592. Tabulæ Analyticæ Evangelistarum, Matthæi & Johannis: Item Actorum Apostolorum, quibus omnes etiam Epistolas Paulinas & Apocalypsin adjecit, Basileæ 1598. & 1610. in fol. Confessio veræ Fidei de SS. Trinitate, contra quorundam deliramenta in quibusdam Hungariæ partibus exorta, Genevæ 1573. in 8. Speculum Pontificum Romanorum: in quo Imperium, decreta, vi-*

ta, Pro-

ta, Prodigia, Interitus & Elogia, accurate proponuntur, cum jucundis de Traditionibus Pontificiis Quæstionibus, *Anno 1602. in 8. Loci communes Theologiæ sinceræ de Deo & homine, cum Confessione de Trinitate, perpetuis Tabulis & Scholasticorum dogmatis illustrata, Basileæ, 1508. in fol. Post* Præfationem hujus operis inserta legitur Biographia hujus nostri Szegedini prolixe descripta, à *Matthæo Scarizeo*, Hungaro, adornata, unde Melchior Adami Operi suo vitarum Eruditorum cum Germanorum tum Exterorum eandem verbotenus inseruit, & ego pariter exeo ipso illam depromtam compendiosè heic adduxi, *ubi circa finem dictæ Biographiæ* Elogium *de hoc* Szegedino *his verbis legitur expressum:*

Fuit certè hic *Theologus*, & si penitus spectes, vere martyr Christi, *gravis & constans*, *orthodoxæ veritatis* in illis Arianismo, Mahometismo, aliisque, ut de Pontificiis nihil dicamus, sectis, infectis regionibus, *propugnator* accerrimus: vitæ integritatis laude præstans. Ordinis in discendo & docendo ita amans, ut qui maxime: id quod conciones ejus, & imprimis, quæ in publicum evulgata sunt, sacra Hypomnemata, luculenter testantur: quæque, ut Cicero Lib. I. de Leg. de alio: *Canescent seclis innumerabilibus.*

Joh. Andr. Quenstedt in Dialogo de Patriis Illustr. doctrinâ & scriptis Viror. p. 260. Stephanus Szegedinus, à patria ita dictus, Christianismi in illis Arianismo, Mahumetismo aliisque sectis

infectis regionibus inter varias ærumnas propugnator acerrimus, sed Calvinianæ sectæ addictus. *Dav. Czvvittinger* in Specim. Hung. literat. p. 364. Vermöge seiner Schrifften wird uns dieser Autor nach öffters vorkommen/ dahin wir auch das übrige versparen wollen.

Heideggerus l. c. p. 441. führt unter den Engelländern den TAPPERUM als einen Commentatorem an/ Ich glaube aber/ er habe ALEXANDR. TOPPIUM, Armigerum, setzen wollen. Von welchen Kempius l. c. p. 75. berichtet/ daß er Anno 1619. einen Commentarium über die Psalmen in fol. geschrieben/ und sich dadurch sehr berühmt gemacht. Mir ist kein anderer als *Ruardus Tapperus* bekannt/ aber dieser hat nie nichts über die Psalmen geschrieben/ und war dazu ein Päpstischer Holländer. Heidegger hingegen erwehnet dieses Autoris unter den Engelländern. Zudem stärckt mich dieses nicht wenig in meiner Meinung/ weil er den Toppium (welchen König in Bibl. p. 813. *Topum* nennet) gar ausgelassen/ steht auch dahin ob es nicht ein Druckfehler sey.

Possevinus l. c. P. II. p. 269. bezeuget/ daß PETRUS E TARANTASIA auch über den Psalter geschrieben/ von dessen Fatis Cave l. c. p. 510. alle Nachricht ertheilet. Weil er aber die Schrifften nicht specificiret/ so will dieselbe aus *Ludovici Jacobi à S. Carolo Bibliotheca Pontificia* p. 123. communiciren/ nebst den raren Autoribus die daselbst allegiret werden/ weil mir wol be-

wust/

wust / daß dieser Autor nicht in jedermanns Händen.

Innocentius V. antea Petrus de Tarantasia, Burgundus, Ordinis Prædicatorum, Papa 184. Anno 1276. die 21. Januarii Aretii absens creatus, & Romæ in Basilica Vaticana die 22. Februarii coronatus, scripsit

In Pentateuchum Commentaria.

In Cantica Canticorum.

In Psalmos Davidicos.

In Evangelia.

In Lucam.

In omnes Epistolas Paulinas Lib. 14. incipiunt, *Principia rerum*, Sixto Senensi vero, *Vas electionis.* Asservantur MSS. Cantabrigiæ in Bibl. publ. *vol. 49.* Tiguri etiam in publica. Cremonæ apud Augustinianos, Toleti apud Dominicanos Cœnobii S. Petri Martyris, & Bononiæ in communi Dominicanorum Bibl.

In multos alios sacræ Scripturæ libros *Commentaria* etiam composuisse fertur.

Omnia D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici opera *in compendium* redegit, Item scripsit

Compendium Theologiæ, incip. *veritatis Theologicæ.* Prodiit Parisiis 1551. in 12. apud Audoënum Parvum. Tamen variis aliis auctoribus tribuitur; sed germanum opus Innocentii esse, ex variis auctoribus constat.

In sententias lib. 4. incip. Numquid nosti ordinem. Extant MSS. separatim diversis in Bi-

bliothecis, nempe Patavii apud Franciscanos Conventuales S. Ursulæ, *in secundum Sententiarum* in fol. sub nomine Petri *de Tarantasio.* Oxoniæ in Bibliotheca Lincolniensi. *In quartum Sententiarum vol. 35.* Cantabrigiæ in illa S. Petri 67. unà cum S. Bonaventura Cardinali, Franciscano, Doctore Seraphico *in quartum Sententiarum.* Item in illa Penbrochiana vol. 160. sub hoc titulo: *Excerpta de Summa in lib. Sentent.*

S. Thomas Aquinas habet inter opuscula *Responsionem de Articulis centum & octo sumtis,* & aliis *ex opere Petri de Tarantasia ad Fr. Joan. Vercellensem Generalem Magistrum ordinis Prædicatorum.*

De mundi æternitate, tractatum, seu lib. 1.

De intellectu & voluntate, lib. 1.

De formarum unitate, lib. 1.

De cœli materia, lib. 1.

Orationem, quam habuit Lugduni coram cœtu Cardinalium in S. Bonaventuræ funere.

Obiit Romæ anno 1276. die 22. Junii: sepultus in Basilica Constantiniana Laterani. Sedit menses V. & dies 2. Vacat Sedes dies 20.

De laudibus Jacobus Severtius, Joannis Rivaldus, Seraphinus Razzius.

De ejus doctrina testes habemus S Thomam ejus doctrinæ defensorem. Antonium Senensem *in Chron. Ord. Præd.* Bartholomæum Dominici Episcopum Comensem *ibid.* Bernardum è Castro S. Vincentii *ibid.* Albertum Castellanum *ibid.* Constantinum Fabriensem *ibid.* Felicem è

Castro

Castro novo, Bononiensem *ibid.* Ferdinandum de Castillo *ibid.* Galvanum Flammam, Mediolanensem *ibid.* Thomam Malvendam, Hispanum *ibid.* Guidonem Flanochetum *ibid.* Jacobum Suzatum *ibid.* Hieronymum Albertucium Bursellum, Bononiensem *ibid.* Leandrum Albertum *ibid.* Michaëlem Pium *de Ill. viris Ord. Præd.* Petrum Louvetum, Sequanum *ibid.* Ambrosium Gàzæum *ibid.* S. Antoninum in *Chron.* Bzovium *in Annal.* Joannem de Ragusio *in oratione de communione sub utraque specie*, Henricum Kalteisen, Germanum *in Oratione in Concilio Basiliensi habita, de libera prædicatione Verbi Dei*, omnes Dominicanos. Joannem de Polemar Barchinonensem *in oratione ibidem habita de civili dominio Clericorum*, Trithemium, Possevinum, Bellarminum, Molanum, Schottum, Rupipozæum, Justinianum, Genebrardum, Carbonem, Guilielmum Paradisum *in hist. Lugduni*, Claudium Rubizium *ibid.* Jacobum Severtium *in Petro de Tarantasia*, Leonardum Saracenum *ibid.* Claudium Robertum *ibid.* Gesneri Bibliothecam, Ciaconium *in ejus vita.*

Von TARASIO, Patriarcha Constantinopolitano (dessen Leben umständig in *Bollandi* und *Henschenii* Actis Sanct. mens. Febr. Tom. III. p. 572. zufinden) melden gedachte Acta p. 582. Sparsim colligens cantica Davidica per perspicuitatem & evidentem rerum distinctionem, clarè aperiebat ea, quæ intelligebantur, adeo ut essent veluti in conspectu iis, qui erant lectu-

ri, &

ri, & recta iis, qui inveniunt cognitionem. Andere aber/ die sein Leben und Schrifften beschrieben/ erwehnen dieser Erklärung mit keinem Wort.

Der seelige D. JOH. TARNOVIUS hat auch viel Psalmen erkläret/ davon zeuget seine Oration de Academiæ bono ex Pſ. LXXXV. (2.) Commentarius in Pſalmos pœnitentiales (3.) passionalis (4.) in aliquot Pſalmos Davidis (5.) in Pſalmos graduum nec non in Pſ. XXIII. & XXIV. &c. weil er aber nicht ex professo über den gantzen Psalter commentiret/ wollen wir sein Andencken versparen biß wir/ mit GOttes Hülffe/ auf die kleinern Propheten kommen.

NICOLAUS TARVISINUS, Ord. Prædicatorum & ejusdem Generalis Magister, deinde R. E. Cardinalis, ac denique Summus Pontifex, qui dictus est *Benedictus undecimus*, scripsit Commentaria in Pſalterium, Sermones in Matthæi Evangelium. Virum Sanctum, cum pietas, & virtus, dum fuit superstes, tum miracula post mortem edita, sanatis ægrotis, pulsisque dæmonibus, indicarunt, Obiit Perusii A. 1304. Pontificatus sui mense octavo die 17. sepultus ad Prædicatores. Porro ejus Scriptorum meminere F. Albertus Venetus in suo Chronico, & Jacobus è Suzato, Possevinus l. c. p. 160. P. II.

Benedictus XI. antea Nicolaus Bucasenus, vel Bocasinus dictus, patria Tarvisinus, Italus, Ordinis Prædicatorum, Papa 193. Anno 1303. die

1303. die 22. Octobris creatus Romæ, & 27. ejusdem mensis coronatus, scripsit

In Job. Commentaria.

In Psalterii Davidis partem.

In Apocalypsin. Item

In Matthæi Evangelium Commentaria ampla nimis & planè admiranda. Prodiit Tarvisii & Venetiis 1603 apud societatem, secunda dictorum operum pars. Audio (inquit Bartholomæus Burchelatus) inventas demum esse primam & tertiam, quæ utinam similiter publicentur. Idem mihi Veronæ in Italia, testatus est R. P. Aloysius Novarinus, inter Theologos nostræ ætatis celeberrimus, & doctissimus; tamen usque in hunc annum 1642. quo hæc scribimus, solummodo prodierunt *Commentaria in* cap. 5. *Matthæi* Venetiis 1603 & Tarvisii, quæ typis dedit, & decoravit Georgius de Lazaris Tarvisinus, Dominicanus, Episcopus Minorensis. Reperio etiam in Catalogo MS. Pontificum Scriptorum Dominicanorum ad me è Parisiis à R. P. Petro Louvero, Divionensi Dominicano, transmisso, hunc scripsisse *Conciones in Matthæum*, sed suspicor idem, ac præfatum opus fore. Hæc opera in Matthæum extant MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini, quam perlustravimus beneficio Cl. viri Caroli Moroni, Bibliothecarii, *tom.* 4.

De ritibus opusculum.

Sermones in diebus solemnibus habitos, ex Possevino. Ejus *Registrum* habetur MS. in Vaticano.

Moritur Perusii miraculis clarus Anno 1304. die 6.

die 6. vel. 7. circa horam nonam Julii: ibidemque sepelitur in Ecclesia Dominicanorum, cum sequenti Epitaphio:

O quàm laudandus, quam dulciter est venerandus
Inclytus ille Pater, prius extitit ordine sacro
Sancti Dominici, Christi vigilantis amici,
Lector honoratus, pius extitit ipse vocatus.
Effectus talis frater, quoque Dux Generalis
Sic Ro. doctrinæ post hæc fit cardo Sabinæ,
Ostia, Velletris titulis sibi dant pia lætis.
Perficit Hungariæ Legatus jussa Sophiæ.
Fit Pater ipse Patris, caput Orbis, gloria fratris.
Est meritò dictus re, nomine, vir Benedictus
Trevisii datus hic primo, sed Pontificatus
Anno decessit, sibi rectè subdita rexit.
Innocuo noctu mortis prosternitur ense.
Hunc hominem Sanctum reddunt miracula tantùm,
Innumeris signis dant grata juvamina dignis.
Lector habe menti: currebant mille trecenti
Quattuor, appensis dum transiit hic homo mitis,
Mense, die Sexta Julii sunt talia gesta.

Sedit mens. 8. & dies 6. Vacat sedes mens. 10. & dies 28.

Ejus vitæ scriptor singularis est Nicolaus Maurus, Tarvisinus Legum Doctor Italicè. Præter Auctores de vitis Romanorum Pontificum, consule etiam Acta Benedicti XI. & Philippi Pulchri Franc. Regis, Seraphinum Razzium, Gregorium Luzianum.

De ſcriptis Benedicti S. Antoninus *in Chron.* Bzovius *in Annal. Eccleſ.* Conſtantinus Fabrienſis, Italus *in Chron. Ordinis ſui Prædicatorii,* Guido Flonochetus Narbonenſis. *ibid.* Galvanus Flamma *ibid.* Thomas Malvenda *ibid.* Hieronymus Albertucius *ibid.* Jacobus Suzatus *ibid.* Ferdinandus à Caſtilio *ibid.* Antonius de Conceptione Senenſi *ibid & de illuſtr. viris.* Ambroſius Gazæus *ibid.* Leander Albertus *ibid.* Albertus Caſtellanus *ibid.* Felix è Caſtro Franco *ibid.* Petrus Louvetus, Sequanus *ibid.* Bartholomæus Burchelatus Medicus Tarviſinus *in ſua hiſtoria Tarviſina,* Latine in 4. edita apud Angelum Reghitinum *pag. mihi* 50. Apparatus Sacer Poſſevini v. B. Fabianus Juſtinianus *l.* 3. *de Sacr. Script.* Andreas Schottus *de Sacra Scriptura interpretibus.* Rupipozæus Epiſcopus Pictavienſis *in Nomenclatura Cardinalium.* Laurentius Beyerlinck Antverpienſis *lib. Apophthegm. Chriſtianorum pag. mihi* 272. Alphonſus à Caſtro *lib.* 3. *de hæreſ.* Alphonſus Ciaconius *in Benedicto.* Ludov. Jac. *à S. Carolo* Biblioth. Pontif. L. I. p. 22. ſeq. Noch mehrere von ihm handlende Autores hat Hendreich aufgezeichnet in Pandectis Brandeburg. p. 508.

HENNINGUS TEGETMEIER, *Germanus,* Brunſvicenſis, Phil. Magiſter, primò Scholæ Berolinenſis Collaborator, poſtea Linguarum & artium in Pædagogio Göttingenſi Profeſſor, porro Paſtor ibidem Jacobæus, tandem Johannitanus & Superintendens ibidem Generalis. Effecit

fecit *Analysin Logicam & typicam Psalterii Davidis atque Prophetarum minorum.* Lips. 1626. 1640. in fol. conf. *Witte* in Diar. Biogr. Tom. II. p. 184. *Crowvai* l. c. p. 166. König. Biblioth. p. 794. *Lipenii* l. c. P. II. p. 585.

JOH. CELAI TERSERUS Dalecarlus, prim. Lector Arosiensis, deinde Prof. Theol. Aboënsis, post Doct. & Prof. Theol. Upsaliensis, tum Episcopus Aboënsis, inde iterum Concionator Holmensis in Insula Ridderholm, hinc ad S. Claram, & denique Episcopus Lincopensis, scripsit Commentarium in Psalterium Davidis, welchen seine Erben noch in MSC. besitzen. *Schefferus* in Suec. lit. p. 193. wobey Herr *Mollerus* ib. p. 406. seq. noch dieses hinzu gefüget:

Joh. Celai, (Pastoris & Præpositi Lixandrensis, Filius) *Terserus*, quem *Eliam* perperam vocat Joh. Henr. Heideggerus (*in Vita J. Henr. Hottingeri lit. f. 2. a.*) Anno 1605. in lucem editus, post officia plurima, Scholastica, Ecclesiastica & Academica (quorum multa a Scheffero silentur,) tum in Germania, tum in Regno Patrio, administrata, Episcopatui tandem Lincopiensi Anno 1671. est admotus, & in isto, d. 12. Apr. Anno 1678. æt. 73. defunctus. Plura de vita & laudibus Viri doctissimi, & linguarum imprimis Sacrarum peritia insigni conspicui, suggeret Joh. Widechindi Epicedion Biographicum, Versibus scriptum Heroicis, Lincopiæque Anno 1678. & dein Holmiæ, teste Scheffero (*p. 185. 186.*) excusum, recusum autem cum

tem, cum H. Wittenii Hiſtoria Vitæ ejus Proſaica, in hujus *Dec. XVI. Memor. Theol. Renov. p. 1969. 1979.* Conf. Wittenii *T. I. D. B. lit. Oooo. 1.* & Joh. Laur. Kiälmanni or. ad illum *Panegyricam pag. 232.* a Scheffero memoratam. Herm. Conringius, *in Diſſ. de initio Anni Sabbathici p. 181.* eum vocat *Virum, non doctrina & pietate minus, quam dignitate Epiſcopali, excellentem, Amicum ſuum, & quondam Auditorem, Chronologiam* autem illius *Sacram Libellum Eruditiſſimum* ſalutat. Verſio Nova Librorum Moſaicorum Latina ab Hottingero, *in Biblioth. Quadrip. L. 2. c. 4. p. 167. 168.* laudatur.

THEODORETUS ſeu THEODORITUS, (utramque enim ferunt exemplaria Græca lectionem) natione Syrus, Cyrenſis urbis, quam Stephanus κυρ8πολιν, hoc eſt *Cyropolin*, Perſæ *Cyrecbatam* vocant, epiſcop. octingentarum Eccleſiarum paſtor, (tot, enim parœcias tunc habebat ea civitas, à Cyro quondam Perſarum rege in extremis Perſiæ finibus condita,) Attica vir eloquentia celebris, & ſanctorum voluminum explanatione clariſſimus, hæreticorum quoque impugnator acerrimus, à quibusdam etiam lapides pro fidei catholicæ defenſione ſuſtinuit, poſt multos vitæ labores in extrema ſenectute à Dioſcoro, Epiſcopo Alexandrino, anathemate notatus eſt, & ab Epiſcopatu injuſtiſſimè depoſitus, eo quòd Flaviano, Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, in damnatione Eutychianæ hæreſeos conſenſiſſet. Is ergo admirabilem docen-

 di faci-

di facilitatem sortitus, multa in divinas scri-
pturas commentaria reliquit, ex uberrimis po-
tissimum divi Joannis Chrysostomi, quem sibi
quasi primarium exemplar sumsit imitandum,
explanationibus abbreviata. Scripsit

*In totum Psalterium præcipuè juxta literam Com-
mentarios*, in quibus miro artificio conjunxit
psalmorum versiculos, qui nullo inter se ordi-
ne convenire videbantur: Extant hi nobiles com-
mentarii Genuæ in Bibliotheca Saulia: quorum
initium est, Εμοὶ, μὲν πρὸ τῶν ἄλλων θείων λό-
γων κατὰ θυμὸν ἦ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ ἑρμηνεῦσαι
τὴν προφητείαν, hoc est, mihi quidem in ani-
mo est, ante alios divinos sermones, magni Da-
vidis interpretari prophetiam. Annectitur huic
operi catena explanationum in Cantica ferialia,
ab incerto autore collecta ex Eusebio, Didymo,
Basilio, Chrysostomo, Severo Antiocheno, He-
sychio, Cyrillo, Theodorito, Eudoxio Philo-
sopho, & Nicolao Presbytero. *Sixtus Senens.*
l. c. p. 303. & p. 388.

Theodoreti Commentarius in omnes Psalmos
A. 433. inceptum est, & ante A. 445. absolutum,
in eo Chrysostomum plurimum imitatus est, sen-
tentiis sæpè expressis, verbis etiam nonnunquam
exscriptis, Cave l. c. p. 225. *Possevinus* Tom. II. l.
c. p. 456. seq.

Theodoreti interpretatio in Psalmos ist auch in
Codd. MSC. Græc. Biblioth. Baroccianæ anzu-
treffen/ wie solches *Bernardus* in Catal. MSC.
Angliæ P. I. p. 17. n. 132. angemercket.
In eben diesem Catalogo MSC. Tom. I. p. 55.
n 710.

n. 710. findet sich auch Theodoretus in Psalmos. Cujus initio *Athanasii* Epistola ad Marcellinum de Interpretatione Psalmorum, præfigitur: Et quædam ex *Eusebio*, *Cyrillo*, & aliis de argumento Psalmorum. 2. Ad calcem adjiciuntur fragmenta quædam *Athanasii*, *Basilii*, *Gregorii* Nysseni, Jo. *Chrysostomi*, *Cyrilli* Alexandrini, & *Isidori* Pelusiotæ in Psalmos, una cum interpretatione *Canticorum* S. Scripturæ &c. Gr. fol.

Ausser des Theodoreti Quæstionibus in Pentateuchum, Josuam, Judices, Ruth, Reges, Paralipomena, haben wir auch Commentarios in Psalmos und etliche Bücher / darinnen er eben den Wort-Verstand erläutert / und nur hin und wieder etliche Allegorien einmischet. Er citiret offt die alten Griechischen Interpretes, Aquilam, Symmachum &c. wenn sie zu seinem Zwecke dienen / und setzet ihnen die LXX. nach. *Rich. Simon* in Hist. Crit. V. T. per L. C. *Rühl* p. 37. seq.

Von THEODORO HERACLEENSE haben wir allbereit unter Corderii Nahmen P. VIII. p. 503. gehandelt / Conf. *Acta Erud.* A. 1606. p. 398. *Molleri* Homonymoscop. p. 521. seq. *Casimir. Oudin.* Supplem. de script. Eccl. p. 27. seq. Cave l. c. p. 109. gibt uns eine weitläufftige Nachricht von ihm.

Von THEODORI SYRI Commentario in Psalmos ist in Person. Jobi P. II. p. 646. einige Meldung geschehen.

Vorjetzo wollen wir nur diejenige Nachricht von ihm ertheilen / die incidenter in *Pineda* Salo-

mone prævio L. VI. c. 19. p. 618. seq. zu finden: Fuit Theodorus patria Antiochenus, sed *Mopsuestenus Episcopus*, ut Photius *ex quibusdam ejus Epistolis colligi* scribit, Codice 177. suæ Bibliothecæ. Presbyter etiam Antiochenus, ut Hesychius Hierosolimitanus presbyter asserit inferius adducendus. Floruit temporibus Justiniani Imperatoris, ut Leontius apud Turrianum asserit: quamvis Sixtus Senensis libro quarto Biblioth. constituat sub Honorio Augusto, Anno 420. Et videtur sic asseri oportere, ut qui collega olim fuerit, & ejusdem in eremo instituti professor cum D. Joanne Chrysostomo, cum quo, & coram & per epistolas familiaritas intercessit; ipse verò Chrysostomus obiit Consulatu Honorii 7. & Theodosii 2. Anno Domini 405.

Vitæ vero cursum minimè rectum, sed cum frequentibus offensionibus describit Hesychius Hierosolymitanus Presbyter in Ecclesiastica Historia, ut refertur synodo 5. Actorum 5. in hæc verba: *Clericatui Antiocheno à primâ ætate connumeratus, & bene conversari pollicitus, ad seculares libidines reversus iterum delectabatur. In omnibus autem bonis imitabilis, & beatus vir Joannes Constantinopolitanus Episcopus scripsit Epistolam, quæ usq; adhuc in codicibus, & à pejore ad meliorem pœnitentiam eum transferre prævaluit: & iterum bene conversari, iterum in clericatu esse cœpit; Et Antiochia relicta in Tharsum transiit ordinatus in eam Episcopus, nondum Deo volente manifestam impietatis illius prædicationem fieri.* Hactenus Hesychius.

Hic

Hic igitur eſt ille *Theodorus lapſus*, ad quem Chryſoſtomus ſcripſit, quod ſæpe in illa Actuum 5. repetitur, & quod *Theodorus in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria mentionem facit converſationis, quam Joannes & Theodorus ſimul in monaſterio exercuerunt. Quod apertè demonſtrat Epiſtola à ſeculari converſatione ad pudicam in monaſterio vitam revocans eum.*

Sed poſtea relapſum idem Heſychius refert, & caput Hæreticorum factum, male obiiſſe, quod familiare eſſe iis, qui ê monachiſmo exciderunt, ut pro defenſione hæreſis ſuſcipiant patrocinium, obſervat Baronius Tom. 7. Anno Chriſti 382.

Mirum autem quot libros conſcripſerit, ſed præter eos, quibus confutavit Apollinarem & Ennomium, quamvis multa bene ſcripſerit, tamen Neſtorii partes ſecutus eſt, ut ex tota illa Actuum 4. & 5. Synodi 5. Conſtantinopolitanæ conſtat, propter quæ paſſim anathematizatur. Scripſit præterea de *Perſica magia*, & quid hæc â pio cultu differat, *libellos tres*, ut ait Photius, Codice 81. ſuæ Biblioth. Tum etiam cap. 177. opus *contra aſſerentes, peccare homines natura, non voluntate.* In quibus multa Neſtoriana veris & Catholicis permiſcet. Sed quod ad interpretationem Scripturarum ſpectat, videter *decem & octo annos natus cœpiſſe ſcribere* (ut ex Leontio monacho affert Turrianus) *deliras & pravas interpretationes in Sacram Scripturam.* Sed hæc potiſſimum ſcripſiſſe fertur volumina: In Geneſim, cujus meminit Photius in ſua Biblioth. Cod. 38.

cujus expositiones Philoponus acriter reprehendit, ut ipse Photius scribit C. 43.

Commentarios item in Psalmos, ex quibus multa fragmenta referuntur in 5. Synodo. Leontius verò narrat delevisse omnes Psalmorum inscriptiones, & Psalmos omnes Judaicè de *Zorobabele*, & Ezechia exposuisse, exceptis tribus, quos solos de Domino interpretabatur.

Scribit idem Leontius negasse duos libros Paralipomenon, & Esdram, & repudiasse librum Job, & Cantica, quæ non nisi impudicè & amatoriè interpretatus est.

Referuntur etiam Act. 5. Commentarii illius in Proverbia, Ecclesiastem, duodecim Prophetas, in Matthæum, Lucam, Joannem, Actus Apostolorum. Leontius verò meminit rejectæ ab illo Epistolæ Jacobi, imo & omnium Catholicarum.

In universum autem de illius scriptis sic censet Photius Codice 177. *Apparet studiosius versatum fuisse in sacra nostra & divina Scriptura, etsi in plerisq; à veritate aberret.* De stylo autem sic censet: *Etsi dictionibus utatur non inusitatis, obscurus tamen est: quia enim catenatas ut plurimum adhibet periodos, & interpositiones crebras, per quas etiam sensus quam longissimè à re proposita recedit. Rursum quia nominum obliquis ac participiis redundat, & res easdem frequenter, neq; id satis ornate revolvit, ac repetit: quia deniq; repetitiones illius pluribus, quàm narrationes ipsæ (quod omnino sine methodo fit) circumstantiis refertæ sunt similibusq; ex causis non parum obscuritatis scriptis suis aspergit.*

Cum

Cum qua illa etiam censura consentit, quam idem Photius Cod. trigesimo octavo, adhibet. De interpretatione Geneseos: *Stylus* (inquit) *illi neq; illustris, neq; valde perspicuus. Fugiens verò, quantum in ipso est, allegorias, & historiarum duntaxat expositionem tractans, putide nimis eadem identidem repetit, & ingratus atq; fastidiosus legenti accidit.*

Sed Hæretici hominis ingenium ex interpretatione Prophetiarum, & censura, quam de illa adhibet Hesychius in sua Ecclesiastica historia, ut refertur Actione illa quinta Synod. quintæ. *Prima elementa sua doctrinæ ex Judaico vaniloquio incipiens, Codicem in Prophetias Psalmorum conscripsit, omnes de* Domino *prædicationes abnegantem. Culpatus verò, & periclitatus contraria sibi dixit, non ex voluntate, sed compulsus omnium querimoniis: & Codicem ipsum delere pollicitus, latenter conservabat Judaicæ impietatis viaticum. Quoniam verò loquens constitutus, vana solitus loqui, doctoris famam consecutus est, paucis quibusdam apud eum studentibus, qui veneno dictionum decipiebantur, calicem bibentes, verbis quidem bene compositis coloratum, blasphemis verò intellectibus, & veneno plenum.* Atque ipse Theodorus *in principio commenti in duodecim Prophetas abnegans prophetias de Christo esse prædictas*, suis verbis refertur, Act. quarto Synodi quintæ. *Non volentes* (inquit) *ista considerare, voces omnes trahere ad Dominum tentant Christum, ut quæ de populo facta sunt, simili modo intelligerent, & risum præstarent Judæis,*

quando ex scriptorum sequentia, nihil ad Dominum Christum pertinentes ostendunt voces.

Aliquando autem habitus est Catholicus, & defensus â Theodoreto contra Cyrillum, & familiaribus epistolis appellatus â Basilio, Gregor. Nazianzeno, Gregor. Nysseno, & aliis sanctis Patribus, ut refertur Act. quarto & quinto, Synodi quintæ. Et aliquando etiam connumeratus cum catholicis Episcopis, nimirum cum erat & habebatur Catholicus in Synodo quarta Constantinopolitana, ut observavit Baron. tomo quarto, anno Christi trecentesimo nonagesimo quarto, sed postea tum â sua Ecclesia damnatus, ut dicitur in quinta Synodo, & deletum ejus nomen ex sacris Ecclesiæ Diptychis: & præterea de sexaginta sex capitibus appellatus apud Vigilium Pontificem, cujus in Romana Synodo decretum, aut constitutum referunt Antonius Augustinus, in Collectione Concil. Franciscus Turrianus Explanat. in Clementem, Cardinalis Baronius tomo septimo, anno Christi 553. ex actis synodalibus Vigilii Papæ. Quanquam velit hoc decretum potius pertinere ad quintam Synodum: ex cujus actis, sicut pleraq; alia, videtur hoc fragmentum sublatum, ac suo loco restitui debere.

THEOPHYLACTI Explicatio in Psalterium, extat MSC. in Bibl. Imper. Viennensi. *Lipen.* l.c. p. 585. *Possevinus* l. c. P. II. p. 474. von ihm künfftig ein mehrers.

THOMUS ANGLICUS, vid. supr. p. 180.

THOMAS JORSIUS.

Der

Der P. VIII. p. 472. angeführte *Carus* erscheinet nun in einer andern Gestalt/ davon wir in Act. Erudit. Anno 1698. p. 62. seq. diesen Extract lesen:

Psalterium cum Canticis, versibus prisco more distinctum, argumentis & orationibus vetustis novaque literali explanatione dilucidatum, studio JOSEPHI MARIÆ THOMASII Presbyteri ex Congregatione Clericorum Regalium, Romæ typis Josephi Dannaccii, 1697. in 8. Constat plagulis dimidiatis 104.

Psalterium integrum jam Anno 1683. edidit clarissimus Auctor, tunc quidem sub assumto *Josephi Mariæ Cari* nomine; quam editionem, adhibitamque in ista diligentiam latius nos Tomo primo Supplementorum nostrorum p. 486. & seq. delineavimus. Divino tamen huic libro novam nunc, & eam à priori non parum in plerisque distinctam operam navare Noster haud pigratus est. Textum videlicet Psalmorum ipsum ex septuaginta-virali versione Latinum fecit, ut significantius ex Græco Latinas locutiones exprimeret; ita tamen, ut ad aliam B. Hieronymi interpretationem ex Hebræo simul animum intenderit. Et huic sane usque adeo adhæsit, ut & obelos atque asteriscos, quibus ille, quæ aut abundabant in LXX. interpretibus, aut quæ ex Theodotio ipse addiderat, notavit, suæ etiam translationi inserendos existimaverit. Singulos deinde Psalmos in versus suos dispescuit, quos tamen non ad Jacobi Fabri Stapu-

lensis exemplum, sed ad antiquissimi codicis Græci Vaticani fidem numeravit. Insuper cum plura eloquantur Psalmi aliorum dicta, vel etiam ipsiusmet Psaltis verba propria, quæ se hic dixisse asserit, aut dicere, hinc talia, ut evidentius à psallentibus primo statim conspectu internoscerentur, diverso charactere curavit imprimi; ubi autem ex abrupto interlocutiones in Psalmo comutantur, novæ nunc periochæ exordium majoribus literis exprimitur, ac in margine personæ loquentis nomen additur. Psalmi cujusque argumentum Bedæ primum, post etiam Eusebii Cæsariensis ac Athanasii verbis exponit, suamque tandem epigraphen superaddit, qua, an meditationi inserviat Psalmus, an precationi, an laudibus vel gratiarum actioni, declarat. Continuam porro expositionem literalem post cujuslibet Psalmi contextum adjicit, quæ verbis tamen brevissimis concepta est. Post hanc sequuntur precationes contentis Psalmi respondentes, quas ex Breviario Mozarabum depromsit, non omissa tamen ubivis eâ oratione, quam Georgius Cassander in Collectione precum ecclesiasticarum, Ludovicus item de Saxonia aliique jam vulgarunt, quamque ex manuscriptis codicibus Vaticanis se emendatiorem monet reddere Psalterio absoluto (addidit vero Psalmum quoque centesimum quinquagesimum primum, quamvis, cum is nec in Hebræis habeatur codicibus, nec a LXX. Interpretibus ad reliquos adjectus fuerit, repudiandum eum esse haud

haud dissimulet,) simili fere modo procedit cum Canticis, quæ psallit Ecclesia Romana. Auspicatus enim a Biblicis, ea, quæ in veteri pariter ac novo Testamento occurrunt, insertis etiam, quæ habentur in libris apocryphis, persequitur. Post pergit ad Ecclesiastica, & hymnum matutinum, *Te Deum laudamus*, hymnum Angelorum, Seraphicum, glorificationis, aliasque ejus generis; Symbola item Apostolicum, Nicænum, Athanasianum, Constantinopolitanum, Symbolumque Missæ exhibet. In Canticis tamen hactenus recensitis argumenta ex aliis auctoribus petita, imo & nonnunquam penitus omissa sunt. Nec precationum subjunctarum eadem, quæ in Psalmis, ratio habetur, & explicationis ibi suppeditatæ locum scholia Emanuelis Sa heic occupant.

Von dem berühmten Holländer SALOMON von TILL, Professore und Predigern in Leyden/ können wir nunmehro in teutscher Sprache lesen das erste Buch der Psalmen / oder Betrachtung der ersten 41. Psalmen Frf. 1697. in 4. Item das zweyte Buch von 42sten biß 72sten Psalm ibid. 1706. in 4.

Jn eben den letztern Jahr kam seine Dicht- Sing- und Spielkunst zu Leipzig heraus / darinnen ja alles was præliminariter von den Psalmen nur angeführt werden mag / zufinden ist.

Als er noch zu Dordrecht gleiche Function verwaltete / gab uns der Herr *Benthem* in seinen Holländischen Kirchen- und Schul-Staat P. II.

p. 442. seq. diese Nachricht von ihm: Ob er wohl Coccejum zum Lehrmeister gehabt / so ist doch sein Name den Voëtianern angenehm / wegen seiner liebes-würdigen Sanfftmuth. Zudem folgt er auch seinem Præceptori nicht in allem / sonderlich was die Prophetica betrifft: Denn er richtet die Weissagungen des alten Testaments nicht so wol nach den sieben Perioden / als nach der Meynung der Juden / welche sich einbildeten / daß des Messiæ Reich gleich von Anfang würde gloriosum seyn; wogegen die Propheten zeigeten / daß noch viele certamina vorher gehen müsten. Die Methode, welche dieser gelehrte Mann gebrauchte / wenn er seinen Schülern ein Buch heiliger Schrifft erkläret / ist mir sehr bequemlich vorgekommen. Die Ehre des Göttlichen Worts weiß er auf sonderliche Art zu handhaben / indem er wieder Spinozam und seines gleichen lehret / daß man Mosis Bücher nicht als schlechte Geschicht-Register anzusehen habe / sondern als Erzehlungen der sonderbahren Providentz GOttes / einem gewißen Volck insonderheit erwiesen: Dahero nicht alle historische Umstände / sondern nur die Außerordentlich- und wunderbahren aufgezeichnet wären. Solche ungemeine Betrachtungen finden sich in allen seinen Schrifften / nach ihrer Art / welche Bücher aber ich allhie nicht nahmhafftig machen will / nach demmahl solche allesammt am andern Orte dieser Schrifft sich finden werden. Wenn der Herr von Til sich wolte

te auf die Geographiam Sacram legen/ würde sein Fleiß und Nachsinnen alle neuere Geographos von ihren vielen Fehlern säubern können. Ich wünsche ihm einen Zugang zu der herrlichen Bibliothec in Wien/ woselbst das richtigste Exemplar des Ptolomæi zu finden/ dessen Collatio demselben nöthig ist/ welcher in solcher Sache was Rechtschaffenes auszurichten gedencket. Hätte Isaac Vossius auf der Schwedischen Reise seine Tabulas nicht verlohren/ würden wir keines andern Fleisses in diesem studio mehr bedürffen. Wir wollen vorher dem Herrn S. van Til dancken/ daß er sich unserer Evangelischen Gemeine in Dort so redlich angenomen/ ihm dafür alle Gnade von GOTT und ein langes Leben/ daß wir seiner nützlichen Arbeit ferner geniessen mögen/ hertzlich anwünschen.

Und in vorhergehenden ersten Theil p. 271. wann Herr *Benthem* von David *Knibbens* Manuductione ad Oratoriam Sacram redet/ daß es ein sehr nützliches Buch sey/ so meldet er doch zugleich/ daß der gelehrte Salomon von Til einige Dinge angezeiget/ welche bey jenem nicht zufinden sind. Man könne aber diß güldne Büchlein nicht wol bekommen.

In den unschuldigen Nachrichten wird er öffters nach Würden gelobet/ wie wir insonderheit bey den Propheten Malachia sehen werden. Seine Gedancken de situ Paradisi hat er aus anderer Meinung vortrefflich ausgeführet/ schreiben gedachte Autores Anno 1702. p. 773.

Wie-

Wiewol sie ein und anders dabey zuerinnern/ so schliessen sie doch p. 775. daß ihme vor diese gelehrte und gründliche Arbeit zu dancken sey.

In Herrn Eccardi Monatlichen Auszug An. 1700. p. 545. werden seine übrige Schrifften absonderlich sein prophetischer Morgenstern mit sondern Lobsprüchen recensiret.

Das erste Buch über die Psalmen/ haben die Collectores Act. Erudit. Supplem. Tom. II. p. 446. (nicht p. 436. wie so wol in dem Buch als Indice falsch gedruckt worden) daraus man gleichsam Speciminis loco ersehen kan/ was von der folgenden Arbeit zu hoffen.

LUCRETIUS TIRABOSCUS seu Tyroboscus (*Bolduanus* in Biblioth. Theol. nennt ihn unrecht p. 33. *Firaboscum*) Asulanus, Diœceseos Brixiensis, Carmelita, qui sui ordinis Generalis fuit, Vir eximia vitæ integritate, Latinæ autem, Græcæ atque Hebraicæ linguæ sciens Philosophus atque Theologus, quique cum Patriarcha Veneto Tridentinæ Synodo inter fuit, atque edidit in Psalmos omnes Davidicos Commentaria & Apocalypsin, quæ ipse in Cœnobio sui ordinis Mantuano vidi MSC. Obiit ante aliquot annos. *Possevinus* l.c. P. I. p. 34. welches *Imbonatus* l.c. p. 152. fast mit eben diesen Worten wiederholet/ ohngeacht er des Possevini mit keinem Wort gedencket/ setzet aber hinzu/ daß zu Ven. A. 1572. in 8. dieses Aut. Arbeit gedruckt worden/ sub tit: rationes textus Hebræi, & editionis Vulgatæ differentiarum fere sex millium verborum in Psal. omnibus existentium,

wohin

wohin auch *Draudius* in seiner Biblioth p. 348 zielet. conf. *Donati Calvi* Scenam literar. de script. Bergomatibus p. 375.

Des Minoritens FRANCISCI TITELMANNI Commentarium in Psalmos rechnet der gelehrte Benedictiner Mabillon in stud. Monast. p. 820. unter die Besten/ quo jure, mag der geneigte Leser beurtheilen / der Titul lautet also:

Elucidatio in omnes Psalmos juxta Veritatem vulgatæ & Ecclesiæ usitatæ editionis Latinæ, quæ & ipsa integra illibataq; ex adverso opponitur, Psalmis singulis singula argumenta ante se monstrantibus, totam Psalmi virtutem atq; materiam quasi per modum epitomæ summatim complectentia; post elucidationem verò adjunctis prolixioribus Annotationibus, quæ Commentariorum locum habent. Adjuncta est Elucidatio Canticorum, quæ Ecclesiasticus usus appellat, Ferialia. Subsequuntur annotationes ex Hebræo atq; Chaldæo, in quibus quicquid ex veritate Hebraica occurrit difficultatis, tractatur & exponitur, per F. *Franc. Titelmannum* Hasselensem, ordinis Fratrum Minorum, sanctarum scripturarum apud Lovanienses Prælectorem. Venetiis, ex officina Gasparis Bindoni M DLXXXVII in 4t.

In der Vorrede schreibt er: non dubito, quin ob magnam excellentiam orthodoxorum patrum sagax prudentia, prudensq; pietas, Psalmos præ omnibus divinæ scripturæ tum veteris quam Novi Testamenti eloquiis; maxime in Ecclesiis frequen-

frequentari, ac per dies ſingulos ſtatutis horis ſan-
xerit decantari, univerſis inſuper, quos cleri
comprehendit titulus, divinis miniſteriis per Epi-
ſcopalem ordinationem peculiarius addictis, quo-
tidianam in illis legendis meditandisq; ſub obe-
dientiæ ſanctæ mandato, injunxerit occupatio-
nem, quam dum his velut jugum quoddam ſalu-
tare ſub obediendi neceſſitate in humeros impo-
nunt, cæteris nihilominus Chriſti fidelibus omni-
bus vehementer eandem commendant, iis etiam,
quos nulla præcepti lege conſtringunt. Hanc ob
cauſam patrum priorum non pauci, Græci pariter
atq; Latini, in Pſalmorum explanatione plurimum
ſudarunt, ne ſermonum obſcuritate, & frequen-
tibus difficultatibus, nuſquam penè non ſe offeren-
tibus, piorum animi tanta utilitate fraudarentur.
Quorum pium ſtudium adeò non damnamus, ad-
eò nihil in ſequimur, ut omni potius honore, ob
ſanctos in re tàm ſancta inſumptos labores, digniſ-
ſimos judicemus, de iis, quæ nobis longa medita-
tione frequentiq; & devota oratione parta reli-
querunt, quantas valemus benevolo corde gratias
agentes, quemadmodum communem dominum
jam olim ſperamus gratiam illis retuliſſe.

Nos tamen poſt horum omnium prævios labo-
res in elucidandis pſalmis novam tentare volui-
mus rationem, ſimpliciorum piis affectibus magis,
quàm eruditorũ ſublimibus ingeniis conſulentes,
non quod majorũ labores aut vanos aut inſuffici-
entes reputaremus, ſed ut ſimplicioribus Chriſti fi-
delibus eruditiſſimorum Patrum prolixos tracta-
tus

tus vel ſenſa ſublimia non ſatis capere valentibus noſtro labore vel ſimplicem qualemcunque Pſalmorum intelligentiam adminiſtraremus. In hoc autem opere talem inſtituimus procedendi rationem. Pſalmis ſingulis, ſuum præmittitur argumentum, quo quicquid tractat Pſalmus figuraliter deſcribitur. Dehinc elucidatoria ſubſequitur paraphraſis, vulgatam noſtram editionem (quam Gallicanam appellant,) non phaleratis aut ſesquipedalibus verbis, ſed prorſus communibus, ita clarè lucideque explanans, ut vel puerulus attentus poſſit, quæ dicuntur, intelligere. Cæterum quid in textu cui parti in Elucidatione reſpondeat, nota numeri verſibus ſingulis præpoſita deſignat. Verſuum particulas aſteriſcis hujusmodi * ſignavimus. Ubi verò aſteriſcum in paraphraſi inveneris, ſcito duplicem tibi ſenſum ejusdem partis indicari. Poſt elucidatoriam Paraphraſin habes annotationes, quæ prolixioris Commentarii loco tibi erunt, ſi plura libuerit requirere, quam in elucidatione legeris. Habes denique in fine operis annotationes ſecundas, quibus Hebraicæ varietates, i. e. ea in quibus lectio Hebraica differt à vulgata, vel ex Hebræo verſiones diverſæ ab invicem continentur, quas ob hoc in partem unam ſeparavimus, ut non ſimplicioribus ingeniis (quibus iſta forſan curæ non erunt,) multitudo verſionum & interpretationum diverſitas pareret confuſionem. Habes itaque, lector, in hoc noſtro opere, vel multa, vel pauca, vel ſimplicia,

vel grandia, juxta varium palati tui affectum & ingenii (cujus tu ipse optimus potes esse judex) captum. Si intelligentiam Psalmi cujuslibet desideras, nec ultra quicquam requiris, lege argumentum & elucidatoriam paraphrasin; annotationes omnes transili. Si amplius aliquid vel ad plenitudinem sententiæ, vel ad devotionis affectum postulas, post elucidatoriam Paraphrasin lege subsequentes præcipuas annotationes. Si verò vulgatis non contentus etiam peregrina desideras, ad novissimas te confer annotationes.

Titelmann hat in seinen Commentariis in Psalmos beydes die Methode derer Väter als auch derer neuern Ausleger behalten. Er erkläret dannenhero einen jeglichen Psalm mit einer weitläuffigen Paraphrasi, und setzet hernach Noten in Gestalt eines Commentarii hinzu; endlich nimmt er noch in besondern Anmerckungen die Criticam mit / und führet die varias Lectiones und Interpretationes an. Wannenhero diese Arbeit einem jeden kan zu statten kommen. Seine Hebräische Wissenschafft ist aber auch nicht weit her / weil er sich mit des Hieronymi und Felicis Pratensis Lateinischen Versionen behelffen müssen/ *Rich. Simon* in Hist. Critic. p. L. C. *Rühlen* p. 52.

Nebst diesen wollen wir eine Päpstisch-stylisirte Nachricht aus einen raren Scribenten von ihm einziehen / nemlich aus *Arturi à Monasterio* Martyrologio Franciscano, ad d. XII. Septemb. allwo p. 444. seq. dieses von ihm gemeldet wird: Titelmannus Confessor cum eximia eruditione polleret,

polleret tanta humilitate, charitate ac devotione nobilitatus eſt, ut his baſibus cœteras maximasque virtutes ſuperadjecerit & multis vivus ac mortuus claruerit Signis admirandis — — Belga erat oppido Haſſelenſi, territorii Leodienſis, originem ducens; prius Academiæ Philoſophorum apud Lovanium moderator illuſtris, ſed poſtea, relicto ſeculo ad inſtitutum Divi Franciſci ſe contulit: in quo divinis ſcripturis aſſiduè vacans, plurima eaq; doctiſſima, & quæ inſignem ſuavemque ſpirant devotionis odorem Syntagmate, in divinas ſcripturas elaboravit; quorum ſeriem referunt Marcus Ulyſſiponenſis ſup. lib. 9. cap. 30. & 31. Gonzaga ſup. part. 1. in Scriptor. Eccleſiaſt. Franciſcan. Ordin. & part. 3. in Conventu Lovanienſi, qui eſt 1. Provinciæ Germaniæ inferior. Willotus, in Athenis orthodoxis Franciſcan. verb. *Franciſcus*, Bellarminus tom. ſeptimo de Scriptor. Eccleſ. ad Anno 1500. Sixtus Senenſis lib. 4. ibid. Poſſevinus in Apparatu ſacro. Geſnerus in Bibliotheca. Simlerus in Epitom. ejusdem. Coccius, Galterius & alii recentiores. Daca part. 4. Chron. Minor. lib. 2. cap. ſecundo, & lib. 3. cap. 42.

Inter alia autem ſcripſit contra Jacobum Fabrum, Stapulenſem, adhuc viventem: qui male ſentiebat de fide, & ut cæcutiens, in diverſos errores impingebat: unde Florimundus Ræmundus lib. 7. de Ortu hæreſeon cap. 3. paragraph. 1. & 2. vocat eum *Luthero-Zvinglium* Anno 1523. Quapropter Fabri opera, in Indice

librorum prohibitorum à ſacro Concilio Tridentino; tumque ab Alma Facultate Theologica Pariſ. ab Anno 1544. uſque ad Anno 1556. recenſita ſunt.

Idem enim Beatus vir Dei calamum ſumpſit adverſus Deſiderium Roterodamum, adhuc viventem, ejusque errores: qui propterea *Semi-Chriſtianus* vocatur à Spondano, in Auctario Chronolog. ad Baronium, ſub Anno 1465. & 1515. Scio præfatum Florimundum, mitiore ſtylo, in favorem Eraſmi aliqua attuliſſe: videlicet quòd non omnino ſe ab unitate Eccleſiæ ſeparaverit: ſed qualis hæc excuſatio? & cujus ponderis ſit, judicetur. *Qui enim in uno deliquerit* (inquit Sanctus Jacobus Apoſtolus,) *factus eſt omnium reus.* Sicut enim per unum mortale peccatum, gratia aufertur: ita per unicam hæreſin, tollitur Eccleſiæ Catholicæ unitas. Nec ſufficit Chriſtiano, unum aut alterum fidei articulum credere, ſed neceſſarium eſt illi ad ſalutem, omnes fidei articulos firmiter tenere ac profiteri. Eraſmus autem in multis erravit, nec firmus eſt ſtabilis fuit in fide Catholica: Apocalypſim rejecit è corpore ſacræ Scripturæ: teſtimonium de Sanctiſſima Trinitate, quod Divus Joannes profert, abſtulit ab ejus Epiſtola; &c. Trinitarii Lutherani, & alii hæretici, illum ut patronum atque fautorem præcipuum colunt, unde apud Germanos tritum erat illud proverbium: *Eraſmus innuit: Lutherus irruit: Eraſmus parit ova, Lutherus excludit pullos: Eraſmus dubitat*

bitat, Lutherus asseverat: Erasmus Lutherisat, Lutherus Erasmisat. Quæ omnia fatetur ipsemet Florimundus sup. libro primo, capite octavo, parag. secundo: libro secundo, capite octavo, parag. 9. & capite decimo quinto, parag. septimo, sed latius libro quinto, cap. 1. parag. 2. Quare Erasmi opera, inter libros prohibitos connumerantur in Indice sacri Concilii Fridentini; & in præfata censura Almæ Facultatis Theologicæ Parisiens. quæ refutata sunt à Francisco Knayaldo; Henrico Joanne Standitio, Asaphensi Episcopo, & Ludovico Carbaiolo, Minoritis.

Cum verò Beatus Franciscus Titelmannus, vitæ strictioris desiderio teneretur, Italiam petiit, Romamque urbem invisit, quo tempore PP. Capucini Capitulum generale agebant: in quorum consortium admissus, paulò post lector Theologiæ instituitur in Conventu Mediolanensi. Verum ita humiliter id officium recusavit; ut merito Patres ejus votis piis annuerint. Nihil enim eo erat humilius, nihil ferventius, nihil operosius. Puritate ac sinceritate pollebat, paupertatem summè excolebat, mortificationibus & manuum laboribus jugiter vacabat: orationem maximè frequentabat, acediam summo persequebatur odio. Ingenti charitate redundabat, etiam usque ad infirmos Romæ, apud hospitale incurabilium iacentes, quibus singulari pietate inserviebat. Die 2. Augusti Roma Assisium se contulit, ædemque sanctæ Mariæ de Portiuncula devote visitans, indulgen-

tiam plenariam lucratus eſt. Exinde Romam rediit, ubi aſſumtionis Dei genitricis Mariæ peracta feſtivitate, Anticolim eſt profectus. Mox gravi morbo oppreſſus, cernens diem ultimum ſibi fore vicinum: cuncta Eccleſiæ Sacramenta eximia pietate recepit, ſicque feliciter obdormivit in Domino Anno 1537. cujus ſanctitas pluribus miraculis ante & poſt mortem à Deo comprobatur. Ultra præfatos Authores, illius meminerunt Reverendus Pater Joannes Baptiſta à Peruſio, in præludio ad vitam Beati Felicis à Cantalicio, Capucini. Boverius tom. I. annal. Capucinor. ad annum 1537. ex Petracio, Solodienſi, Montefloro, Franciſco à Canobio, & aliis. Corbinus ib. 8. Franc: ad p. 187. & 195. Spondanus ad Annum 1536. Thielmanſ. Tom. I. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Miræus in Auctario de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 550. ſcribens, ſed perperam, vitam finiſſe Anno 1553. uti & ſecul. 16. cap. 128. Ardinghellus in Appendice *Congeminata vocis Turturis*, oſtenſione 4. ubi de PP. Capucinis. Manipulus Fratrum Minorum in cap. 7. Regul. Franciſcan. qui ait illum obiiſſe, dum Provincialis Vicarius Capucinorum Provinciæ Romanæ eſſet, quod late confirmat idem Boverius: qui addit ibid §. III. Quod fervebat vir præclarus, incredibili charitatis æſtu, ita ut ſe ipſum hoſtiam pro Chriſto immolare ſummoperè optaret. Quamobrem idſecum ſæpe in animo volutabat, quo pacto nonnullis ferventioris ſpiritus ſociis collectis in infidelium oras, ac præ-

ſertim

sertim Judaicas plagas irrumperet, sterilesque terras vel divino fidei semine imbueret, vel fuso cruore irrigaret. Idque facile assecutus esset, nisi vitæ ipsius stamina mors immatura abrupisset, hac die. Scio Arnoldum à Raissa, in Auctario ad natales Sanctorum Belgii, ex vita ipsius Beati Francisci Gallicè edita Leodii: & Elogiis illustrium Belgii scriptorum Miræi, & in Fastis ipsius reponere depositionis ejus diem ad 4. Octobr. quem sequitur Saussayus, in Martyrologio Gallicano, sed illis minime assentimur, quippè, qui cæteros omninò contrarios sibi habeant authores.

Den Jesuiten FRANCISCUM TOLETUM rechnet Heidegger l. c. vergebens unter die Commentatores, da er doch nur einige Sermones über den Ps. XXXI. geschrieben hat. Wie nicht weniger *Justinianus* l. c. p. 407. THOM. TORTIUM und dessen Sermones per annum so vielleicht kein anderer als *Tom. Forsius* seyn wird / aus welchen Justinianus in einer Columne wol vier Persohnen macht.

Jngleichen *Joh. Bochius* observ. in Psalm. p. 806. ALPH. TOSTATUM der doch zu den General-Script. in Bibl. S. gehöret.

NICOLAI TRIVETI (seu *Treveti*, item *Trevechii*) Angli, Ordinis Prædicatorum, juxta Hieronymi ex Hebræo versionem Notationes, quas manuscriptas Bibliotheca Romana Collegii Anglicani suppeditavit mihi, breves, ac doctæ sunt, dignaque prælo, vel hoc nomine, quod unus,

quantum quidem ſcire poſſum, verſione illa in interpretando uſus eſt perpetua, quam Hieronymus edidit ex Hebræa lingua immediate, vixit Anno M CCC LX. *Lorinus* Tom. I. Comment. in Pſalm. p. 12.

In codicibus MSC. *Tom. Bodleji* n. 132. findet ſich auch dieſes *Triveti* expoſitio literalis ſuper Pſalterium translatum ab Hieronymo. Cod. antiquus. vid. *Bernardi* MSC. Angl. Tom. I. Claſſ. I. n. 2731. p. 147. Eben dieſes Manuſcript in 4. iſt auch zu finden in Eccleſia Herefordienſi n. 199. *Ibidem* Tom. II. p. 45. n. 1791.

Patria Norfolcienſis, illuſtri genere ortus, Thomæ Triveti, equitis aurati & Juſtitiarii regii filius, Londini à pueritia inter Dominicanos verſatus, eorumque inſtituta ſectatus. Jacta Londini doctrinæ fundamenta Oxonium profectus, ad culmen perduxit; doctoratus pileo ibi inſignitus. Poſtea Lutetiam pergens, majorem ſibi & ſcientiam & famam peperit. Demum Londinum reverſus, Dominicanorum Cœnobii Præſes ſeu Prior electus eſt. Claruit Anno 1310. obiit ferè ſeptuagenarius Anno 1328. apud Dominicanos ſepultus. *Wharton* in appendi c. ad *Cave* hiſt. lit. p. 9.

Vir Spectatæ & vitæ & Doctrinæ, *Poſſevinus* l. c. P. II. p. 160. allwo er zugleich auch Sixtum Sinenſem corrigiret / der vorgegeben / er habe Anno 400. gelebet.

PRIMUS TRUBERUS hat unter andern ſeinen Sclavoniſchen Schrifften den Pſalter auch in teut-

teutscher Sprache erkläret/ wie Herr Fischlin P. I. Memor. Theolog. Wirtemb. p. 59. bezeuget/ woselbst auch dieses sonst wenig benannten Mannes Lebens-Lauff zu finden. conf. *Melch. Adami.* Vit. Theol. Germ. edit. in fol. p. 273. seq. & ex eo *Paul Freherus* Theatro. Illustr. Vir. p. 266. *Zuittinger* in Specim. Hung. literat. p. 389. seq. Aber das beygefügte Epitaphium hat Herr Fischlin nicht vollständig/ sondern also angeführet/ wie er es in Melch. Adami l. c. gefunden/ darum will selbiges aus D. *Andreæ* jetzterwehnter Leich-Predigt suppliren:

Ἔνθ᾽ ἁγία κεφαλὴ Σκλαυοῦ Πριμοῖο τέθαπται,
 Νημερτοῦς πρόμαχος πίστιος ὅστις ἔην.
Καρνιόλης ὅσπερ γε Λάβακον ἐφώτισε πρῶτος:
 Ἐξελαθεὶ, Χριστοῦ θ᾽ εἵνεκα, πολλὰ πάθεν.
Εἶτα δ᾽ Ἐρυθροπόλει γένετο Φραγκωνίδι κῆρυξ:
 Ἤγγελέ τε ζάθεον Καμπιδονεῦσιν ἔπος.
Κηρύξαντος ἄκουσ᾽ Οὐιρτεμπεργὸν ἰωὴν
 Αὔρακον, Λώφη, καὶ Δερέδιγγα πολύ.
Πλείονας ἡρμηνευσ᾽ ἱεράς εἰς πατρίδα γλῶσσαν
 Βίβλους: ἀντολίῃ σπεῖρέ τε ῥῆμα Θεοῦ.
Ἦν δὲ φιλόξεινός τε, φιλόπτωχός τε, βίον τε,
 Σεμνὸς ὅλον, δολιχῷ γήραϊ τ᾽ αἰδέσιμος.
Καλὸν ἀγῶν᾽ οὖν ἀθλήσας, τελέσας δρόμον ἰθὺν,
 Πίστιν τηρήσας ἔμπεδον ἀσφαλέως,
Ἐρρύσθη καμάτων: καὶ νῦν μεγάλου μετὰ Παύλου,
 Ζωῆς ἀθανάτου στέμμ᾽ ἀμάραντον ἔχει.

D. Primo Trubero.

Vir tumulo hoc sanctus de Sclava est gente sepultus,
Primus: qui Christi præco fidelis erat.
Imbuit hic, primus, vera pietate Labacum:
Expulsus, Domini nomine multa tulit.
Rotemburga habuit fidum Tuberana Ministrum:
Campidoni docuit voce sonante Deum.
Auracum capit hinc in Wirtenbergide terra,
Laufaque, Doctorem: post Deredinga diu.
Transtulit in patriam divina volumina linguam:
Sparsit in Eoas dogmata sancta plagas.
Pauperibus pater, hospitibus quoque portus & aura;
Vita & canicie quam venerandus erat:
Pulchre certavit: cursum ratione peregit:
Servavit bene, quam debuit, usque fidem.
Magno ergo nunc cum Paulo gerit ille coronam,
Tempore quæ nullo marceat, ætheriam.

Martinus Crusius, V. L. in Academia Tubingensi Professor.

Vieler andern Lob-Sprüche zu geschweigen/ meldet Herr D. *Andreæ* l. c. p. 61. Daß er den Psalter in eilff Jahren / theils zu Kempten / theils zu Aurach / theils auch zu Laybach teutsch geprediget / mithin in seiner Verfolgung zimmlich gelernet/ und mit der Auslegung verfertiget hat.

BERNARDUS de TRYLIA, oder *Trillia* Hispanus Dominic. scripsit Postillas super Psalmos. *Sixtus Senens.* l. c. p. 216. *Possevinus* Tom. I. p. 217. Vivebat Anno 1291.

JOHAN-

JOHANNES de TURRECREMATA, Hispanus, Ord. Præd. ab Eugenio IV. Pontif. creatus Cardinalis titulo S. Xysti, Episc. Sabinensis Vir Theologus & Canonum Doctor insignis (Ant. *Possevinus* Tom. I. Apparat. p. 951.) Vir in divinis scripturis exercitatus, & juris pontificii interpres consultissimus, inter alia splendida ingenii sui Opera edidit in omnes Davidicos Psalmos ad Pium II. Pontif. brevissimam, locupletissimam, lucidissimamque paraphrasin, simplici & aperto sermone dictatam. *Sixtus Senens.* Bibl. S. L. IV. p. 269. aber darinnen fehlet er zuletzt / wenn er schreibt: Claruit Anno 1560. da doch meine Edition / welche die erste nicht ist Anno 1482. schon zu Straßburg gedruckt worden. Zu verwundern ist / daß der sonst fleissige Spanier Antonius, ingleichen *Andr. Schottus* in Bibl. Hisp. seiner mit keinem Wort gedacht. Es ersetzt aber diesen Mangel *Henr. Wharton* in appendic. ad Hist. lit. Cave p. 79. seq. noch mehr aber *Joh. Palatius* in Aristocr. Eccl. Cardin. Vol. 2. p. 245. seq. und giebt uns diese Nachricht von ihm:

JOHANNES à TURRECREMATA, oppido oriundus Hispaniæ, diœcesis Palentinæ ex patre Alvaro Fernandez, dicunt alii, Garzia; adolescens tesseram sumpsit S. Dominici, in cœnobio S. Pauli Vallisoletano, studiisque deditus excurrit, vel potius volavit, omnem voluptatem quasi ad libidinem in lectione expertus Philosophica: quâ absoluta, Parisiis, Theologiæ & Juri

Juri Pontificio incubuit, ut brevi Magisterium, condiscipulis post se relictis, adeptus, in Hispania docuerit; ac post Prioratus S. Pauli Vallisoleti & S. Petri Mar. Toletani, in quibus gradum ita direxit, ut venerationem potius exegerit, quàm obedientiam; Tota Hispania ejus afflante innocentiæ, & virtuti, ob exantlatos labores, tam contra Schismaticos, quam contra Pseudo pontifices, Romam ad Magisterium evocatus Sacri Palatii, ab Eugenio IV. inde Basileam missus ad dissipandum Conciliabulum, fidemque tutandam contra Hussitas, una cum Nicolao Albergato (teste *Sigonio in vita Albergati*) Ferrariam, inde & Florentiam adscitus ad Concilium oecumenicum multa pro reconciliatione Ecclesiæ Græcæ cum latina egit & scripsit, suaque admiranda doctrina, vitæ integritate, constantia, Zelo propagandæ veritatis aditum sibi paravit ad Purpuram Presbyteralem *tit. S. Sixti*, postea *tit. Calixti*, eam conferente Eugenio IV. promotione III. Anno 1439. Cardinalis factus, institutum aut viventi rationem non mutavit. Eadem omnino parsimonia, vestitus, jejunia, preces, vigiliæ, orandi frequentia, sacrificandi consvetudo, studiorum assiduitas, rigor disciplinæ, constantia, libertas in tutela fidei, & veritatis, unde *Defensorem Fidei* viventem omnes appellarent: Cognitio namque profunda, Juris Pontificii solida doctrina, ingenium acre, labor Hispanus; in differendo jus incomparabilis, in propugnando justitia robur animi infra-

infractum, maximarum ornamenta virtutum, æterni nominis gloriam pepererunt. Templum S. S. Virginis ad Minervam testudine ornavit, primumque Cœnobii impluvium (quod claustrum vocant) á fundamentis erexit, Bibliothecam ingentem undique conquisitis libris condidit; adductisque ex congregatione Lombardiæ fratribus, ad exactam vivendi normam cœnobitas revocavit. Romanis Virginibus in matrimonium collocandis vivens annuas pecunias erogavit, & pro successionibus in perpetuum census attribuit, utq; res fideliter ageretur, Confraternitatem sub invocatione Virginis Annuntiatæ instituit pro Virginibus elocandis. Sacellum eidem Deiparæ ornavit, ditavit, summisque Pontificibus tam pium institutum commendavit, ut illi Romæ annuatim die Annunciationis sacro, solennissimo cultu, quando ad ineundam Basilicæ Lateranensis possessionem Papa inter faustas populi acclamationes procedit, Palatina comitante familia, Nobilibus Romanis, Oratoribus Principum, ad Minervæ Basilicam Papa descendit, sacrum audit, quo peracto, adductis ad oscula pedum Matronis cum Virginibus elocandis, dotem sacculo distribuit inclusam: Nupturis nempe scuta centum, Monialibus ducenta. Nec minus ducentis annuatim elocantur. In sacrario propterea ejusdem Basilicæ, carmina leguntur sequentia ab eodem Joanne Cardinali composita:

Ne male patrandis stupris quod avara merendo
Forma puellaris sæpe coëgit inops.

Annua

Annua pauperibus ſtips eſt hic penſa viritim.
Dosque maritantis condita Virginibus.
Munus & officium Sancti celebrate Quirites,
Cum vicena venit Martia quinta dies.
Terreſtri ut cenſu cœleſtia regna paretis,
Sollicita, & vobis centupla meſſis erit.

Cardinalis creatus in Florentino Concilio, pro eo, nullo Principum intercedente, neque Pontificis affinitate lenocinante, ſed ſola ſuffragante virtute, legatus abiit Anno 1440. ad Carolum Francorum Regem; contra Amadæum Sabaudum Antipapam nomine Felicis V. tantum valuit, quod Rex etſi Felicis conſanguineus, Amadæo rejecto, in obedientia Eugenii perſeverare voluerit. Plura ſcripſit Joannes in Hiſpania, quæ (*teſte Guido Panzirolo pag. 463. De claris Legum Interpret.*) Patavii aſſervantur in Bibliothecâ Eccleſiæ Cathedralis; Romæ Gratiani decretum ab Anno 1449. per annos 25. feliciter interpretatus, *Commentarium* hoc ſenex edidit, priùs Nicolao V. R.P. illud corrigendum tradidit; mox eo defuncto Calliſto III. inſcripſit. Intra ejus opera, defenſio enituit pro Eugenio IV. contra Baſileenſes, cujus initium: *Diſſimulare non poſſumus &c.* Ejus laudes ſcripta commemorant:

In Gratianum Volumina 4.

Adnotationes, cenſuræ ad Revelationes S. Brigittæ, quas à Spiritu Sancto emanatas affirmavit.

De Pœnitentia.

De Conciliis.

De Concilio Florentino.

De

De Consecratione.
De Conceptione Domini lib. 3.
In Regulam S. Brigittæ.
De Corpore Christi contra Boëmos.
De Aquâ lustrali.
De Animæ salute.
Contra Ismaelitas.
Meditationes in vitam Christi.
De unitate Græcorum.
Summam Ecclesiæ lib. 6.
In Regulam S. Benedicti.
De Auctoritate Ecclesiæ Romanæ.
In Psalmos Davidis.
Sermones de Tempore.
De Sanctis.
De Conceptu Deiparæ.
Ad Decretum Florentini Concilii.
Opus magnum contra eos, qui Hebræos baptizatos arcebant ab Ecclesiâ: teste Antonio Senensi.
Alia quædam.
Quæstiones in totius Anni Evangelia.

Tostati Theses quasdam Theologicas impugnavit: *Cui Tostatus opposuit Defensorium suum, arbitrio se subjiciens Romani Pontificis, ut se non minùs Catholicum ostenderet, quam eruditum.*

Tres Hæreticorum Principes in aulâ Regis Bosnæ potentes, vinctos ad Rom. Pontificem in fide instruxit, quorum duo obiere Catholici: tertius ad vomitum rediens, ad Stephanum Bosnæ Ducem, perfidiæ socium confugit. Vixit sub Eugenio IV. Nicolao V. Pio II. à quo Ep. *C. Sabinus,*

nus, imò & Legionensis Episcopus; cujus tamen possessionem Henricus Castellæ Rex negavit; propter quod gravissima jurgia inter Regem & Pontificem emerserunt. Monasterium administravit Sublacense, in quo magno apparatu, Pium II. Papam hospitio excepit. Vitam produxit ad Annum 1468. octuagenarius, Romæ sepultus in Templo S. Mariæ ad Minervam, in Sacello, quod vivens sibi condiderat, dotaveratque marmoreo sepulchro cum inscriptione sequenti:

Hic quiescit D. Jo. de Turrecremata, natione Hispanus, Ep. Sabinus S. R. E. Cardinalis S. Sixti, qui obiit XXVI. Septembr. Anno Domini 1468. Requiescat in pace.

Aliud Epitaphium ibidem.

F. Jo. Hispano Vallisoletano, ex vetere, purâ, nobiliq; familiâ de Turrecremata, Ord. Prædicatorum, S. R. E. Cardin. Ep. Sabinensi, pietate ac doctrinâ clarissimo, multis legationibus egregiè functo, B. Virginis Annuntiatæ Sodalitas Auctori suo posuit. Obiit Romæ, VI. Kal. Octobr. Anno Dom. 1468. Ætatis vero suæ 80.

Ciacon. Panvinius. Ughellus. Aubery. Anton. Sanderus *in Elog. Card.* Porregnus *Elog.* Card. Hispan. Garimbertus. Laurent. Schrader. *de Monum. Italiæ.* Marrac. *Biblioth. Marian.* Spondanus. Brietius.

In der Dedication seiner Paraphr. in Psalm. an Papst Pium II. schreibt er / daß als er diese Arbeit angefangen / ihn das hohe Alter viel Beschwehrlichkeiten gemacht. Merckwürdig sind auch diese Worte/

Worte/ daraus wir uns zugleich eine Ideam von dem gantzen Werck machen können: Cum considerassem quod temporibus jam nostris pauci sapientiæ student: pauciores perscrutandis divinis mysteriis insudant: paucissimi, qui antiquorum sermone scientiaque clarissimorum patrum explanationes & commentaria super Psalmos perlegere curant, venit in mentem meam, ut inter alios studii mei labores hunc interponerem, ut ex sententiis gloriosissimorum ac præclarissimorum S. Hieronymi, Augustini, Remigii & Cassiodori, qui hunc psalmorum librum exuberantissimis fluminibus profundissime interpretati sunt, aliquam brevem compendiosamque intelligentiam Psalmorum exsculperem, quæ præ cœteris à pluribus & etiam pauperibus clericis haberi posset & intelligi. Heut zu Tage wird man schlechten Trost aus dieser Arbeit schöpffen. conf. *Königs* Bibl. & Autores ib. citatos p. 822.

FRANCISCUS TURRIANUS, seu TORRES (wie der Jesuit Sotvellus in Biblioth. Soc. Jes. p. 260. seq. berichtet) natione Hispanus, de Herrera, Palentinæ diœcesis, ita enim ipse scripsit nomen suum in libro Novitiorum Romæ, doctissimi illius Bartholomæi Torres Episcopi Canariensis nepos, & ab illo Sacris literis Salmanticæ eruditus, vir fuit omni disciplinarum genere excellens; Philosophus, & Theologus eximius, Græcæ linguæ peritia, atque exquisitarum, & reconditarum literarum cognitione cum paucis conferendus: curiosus antiquitatis indagator; di-

ligentiſſimus in Bibliothecis latentium, & cum tineis blattisque luctantium voluminum SS. Patrum, atque acerrimus inveſtigator. Itaque celeberrimas totius Italiæ, & maxime inſignes Bibliothecas pene omnes pervolutaverat, excuſſerat, & pene omnes quaſi helluo librorum devorarat, præcipuè vulgo Græcorum, & vulgo ignotorum Auctorum. Cum autem non vulgaris doctrinæ opinione floreret, ac plurimos editis libris in ſui adminiſtrationem commoviſſet; & ſuam in Concilio Tridentino miſſus à ſummo Pontifice cum reliquis Theologis ſententiam dixiſſet, præcipitata ætate, ac ſenio pene confectus, cervicem ſvavi Domini jugo Romæ ſubjecit anno ſalutis 1566. ipſo natalitio Domini ac Redemptoris noſtri die, & Veteranus jam, atque emeritus miles novam Tiro militiam ſuſcepit, & cum Novitiis noſtræ Societatis Chriſti vexillum ſequi conſtituit; quod & fecit ſingulari humilitatis, modeſtiæ, atque obedientiæ exemplo, uſque ad annum ſalutis 1584. quo cùm ad extremam perveniſſet ætatem Romæ ſcribens, ſanctè mortuus eſt ipſo beatiſſimæ Virginis Mariæ præſentationis die 21. Novembris, idque non ſine aliqua ipſius virginis in Franciſcum Turrianum benevolentiæ ſignificatione. Nam cum Pius V. Pont. Max. ex Breviario Feſtum *Præſentationis* tanquam minus antiquum expunxiſſet, Turrianus noſter ex recondito illo ſuo Antiquitatis penu, vetuſtiſſimos Auctores, & Græcos & Latinos deprompſit, eorumque teſtimoniis probavit Feſtum Præſentationis diem

vete-

veteribus atque ſanctiſſimis Patribus, & olim cognitum, & laudibus celebratum fuiſſe. Itaque exquiſita eruditione, induſtria, diligentia, & maxima in B. Virginem devotione perfecit, ut feſtus dies jam abolitus in uſum revocaretur, atque Eccleſiæ Catholicæ reſtitueretur: quam ejus pietatem Sanctiſſima Virgo gratam habuit, & (ut par eſt credere) in ipſomet feſto die, quem ipſe tanto conatu defenderat, ut ad feliciorem vitam commigraret, impetravit ſuis precibus. Non gravabor aliquot ſcriptorum adferre de Turriani doctrina ſententias, ut palam ſit, quanta fuerit apud omnes exiſtimatione. *Cæſar Cardinalis Baronius* in Not. ad Mart. Roman. 26. Jan. doctiſſimum pariter ac religioſiſſimum appellat. *Stanislaus Card. Hoſius* paſſim ejus doctrinam, & eruditionem magna ſemper exaggeratione deprædicat, oſtenditque ſe cum illo gratiſſimam & ſuaviſſimam habere familiaritatem, unde & Epiſtola 77. plena humanitatis, & ſinceriſſimæ benevolentiæ urget illum vehementius ad edendas lucubrationes ſuas, quas premebat. *Wilhelmus Lindanus, Gandenſis Epiſcopus* in Annot. ad Miſſam Apoſtol. ſeu Petri, doctiſſimus, inquit, vir Franciſcus Torrenſis, poſtea Turrianus dictus, noſter verus amicus, erat non ſolum Græcis antiquiſſimis, & iis rariſſimis inſtructus, ſed doctiſſimus ſimul, & candidiſſimus, rerum ſibi notarum citra invidiam communicator. *Martinus Navarrus* in propug. Apol. libri ſui de Redit. Eccleſ. num. 4. vocat eruditiſſimum doctorem, ſcriptorem diligentiſſi-

mum, & judicio emunctissimo, Illustrissimæ Societatis Jesu insigne ornamentum. *Boëtius Epo.* lib. 2. de Jure sacro num 52. appellat Virum incomparabilis doctrinæ, singularis pietatis, ferventissimi Zeli. *Joannes Capetius* lib. de perpet. Castit. sacerd. cap. 25. & 29. virum admirandæ eruditionis, lecturæ insatiabilis, Antiquitatum exactum examinatorem, quem, ut meretur, summa veneratione persequi velit. *Joannes Creselius* in suis Elogiis Part. 2. Doctorem excellentissimum, virum cum eloquentia tum multarum rerum peritia, & mirabili ingenii flumine præstantissimum, Philosophum insignem, Theologum sacrarum legum exercitatissimum, Fidei defensorem, & Propagatorem acerrimum, Græco atque Latino sermone ad perfectum instructum. *Ludovicus Richeomus* in pictura spirit. l. I. tab. 4. sect. 4. Magnum Doctorem Ecclesiæ Dei. Hæc pauca de multis.

Es hat dieser Autor über die massen viel geschrieben/ wie solches gedachter Sotvell l. c. weitläufftig specificiret/ p. 263. schreibt er/ daß er auch einen Commentarium über den Psalter verfertigt/ es sey aber dieses Werck miteinander verlohren gangen/ berufft sich deßwegen auf Sylvestrum Maurolycum L. V. Ocean. Relig. wüntschet dabey/ daß Turriani gesammte Schrifften conjunctim möchten ediret werden/ und zwar nach A. Schotti Eintheilung Tom. II. Bibl. Hisp. conf. *Antonii* Biblioth. Hisp. P. I. p. 371. seq.

Von Calixto wird er genennet Scriptorum

xiß

κιβδήλων & spuriorum ῥαψωδὸς & patronus (in Widerlegung unchristlicher Verleumdungen lit. Yyy 3.)

Indessen wird es doch nicht schade um den Untergang dieses Commentarii in Psalmos seyn/ denn was hat man von einem Ausleger wol zu hoffen der die Grundsprache der Psalmen nicht verstehet? Seine Ignorantz bekennt Turrianus selber/ wie Herr D. *Mayer* in den Kriegen des Herrn p. 979. mit diesen Worten bezeuget: Daß auch alte Jesuiten wenig oder gar nicht Hebräisch verstanden/ ist nichts neues/ wie hoch hält nicht P. Schoenmann den Jesuiten Franciscum Turrianum in seinen unüberwindlichen Zeughause/ seine Bücher heissen ihm p. 78. goldene Bücher (aber es wird vielleicht der Herr P. nicht gesehen haben des hochgelehrten Dav. Blondelli Pseudo-Isidorum & Turrianum Vapulantem, Krafft dessen diese Bücher ehe bleyern als gölden zu nennen/) dieser aber schreibet von sich selbst wieder Sadeelem p. m. 132. ed. Ingolst. Ego non veni, ut tu Antoni dicis, ad autographum Hebraicum,quia nec Hebraicè scio,nec mihi Hebraicè scire opus erat. Contemnere LXX. & Hebraicam præferre, nihil aliud est, quã assentari Judæis.

Von JACOBO de VALENTIA ist vorhin p. 350. seq. gehandelt worden.

Draud.inBibl.Class.p.348. schreibt: VALLENSIS scripsit super Psalterium, quem in Biblioth. Oxon. à Thom. *Bodlejo*, equite aurato, instituta extare, refert *Thomas James* ibidem Bibliotheca-

rius. Wer mag wol dieser Vallensis seyn? Ich hoffe meine Muthmassung wird mich nicht betrügen / wann ich den vorhin p. 180. angeführten *Thomam Jorsium* davor halte / indem / wie *Possevinus* l. c. P. II. p. 476. berichtet / selbiger nicht allein Gualensis, sondern auch de Valleis oder de Vallois genennet wird / anderer Nahmen zugeschweigen. Wie man nun promiscuè Gualterus und Waltherus schreibet / also wird es auch mit diesen Vallensi oder Guallensi gleiche beschaffenheit haben / denn sonst gedencken die MSC. Anglicana keines andern gleichlautenden Autoris. Wie wol nicht zu läugnen / daß *Hendreich* l. c. p. 194. diesen Thomam Anglicum von Thoma Wallois unterscheidet / sed nulla addita ratione & documento. Stelle also dem geneigten Leser zu belieben / wie ferne er mir Beyfall geben / oder mit gnugsamen Grund ein anders lehren wird / zumalen da ihn Fab. *Justinianus* l. c. p. 405. *Laurentium* Vallensem nennet ꝛc.

Der berühmte Rostockische Theologus D. AUGUSTUS VARENIUS könte gar leicht unter die Commentatores in Psalmos gezehlt werden / wann man Lipenii l. c. p. 586. trauen wolte / allwo unter denen Commentatoribus in Psalmos auch dieser titul stehet: *August. Varenii* Triumphus Davidis in Israëlis fontibus incorrupti in Psal. David. contra turbidum Tridentinorum autenticum, Rostoch. in 4. Anno 1655. da es doch nur V. disp. etwa ein Alphabet starck / keines weges aber ein Commentarius ist / und damit man den Augenschein

genschein davon einnehmen möge / so kan man den Inhalt dieses Wercks / aus D. Varenii Commentario in Jesaiam (Edit. 1708. in 4.) mit D. Fechts eigenen Worten zur Genüge erkennen. Wollen also sein Andencken biß zu gedachten Propheten Jesaiam darüber er commentiret versparen.

Fab. Justinianus in Comment. de S. Script. p. 403. allegirt CHRISTOPH. VARSEWICII enarrationes in Psalmos. Er hat aber nur eine paraphrasin über die VII. Buß-Psalmen geschrieben / wie Justinianus p. 407. selber gestehet.

FRANCISCI VATABLI (der eigentlich *Gastebled* oder *Ovadtebled* geheissen / vid. *Eccardi* Monathliche Auszüge Anno 1702 Mens. Febr. p. 5. *Molleri* Homon. p. 790.) Fleiß über die Psalmen erhellet aus dem Titulblat: (imprimebat Rob. Stephanus Anno 1556. in 8.) Liber Psalmorum Davidis translatio duplex, Vetus & Nova. Hæc Posterior Sanctis Pagnini, partim ab ipso Pagnino recognita: partim ex Francisci Vatabli Hebraicarum literarum professoris quondam Regii, eruditissimis prælectionibus emendata & expolita. Adjectæ sunt annotationes cum ex aliorum tralatione, tùm verò ex Commentariis Hebræorum ab ipso Vatablo diligenter excusis: quæ commentarii vice lectoribus esse poterunt. Von Gebuhrt war er ein Frantzoß / welchen Thuanus ad A. C. 1547. dis Lob ertheilet: Hebræi ipsi *Lutetiæ Hebraicas* literas profitentem admirati sunt, *Christiani* verò

maximo cum fructu docentem audiverunt. Is *Græca* linguæ peritissimus, multa ex *Aristotele* in *Latinam* transtulit: dein relicto Philosophiæ studio ad *Sacras Literas* se totum applicuit; multaque hujus generis sub ejus nomine circumferuntur, ac *Notationes* imprimis in *Vetus Testamentum* ab Auditoribus ex illius prælegentis ore exceptæ. Nam ipse, sive naturali pigritiâ (quod illi exprobratum est,) sive morte præventus, nihil omnino scripsit: satisque habuit *sacræ linguæ* Arcana Discipulis diligentioribus aperire, illustri nominis sui famâ, & alieno præconio contentus.

In *Pauli Colomesii* Opp. (cura D. *Fabricii* An. 1709. in 4. editis) p. 8. seq. finden sich unterschiedliche Lobsprüche und judicia von diesem Linguisten rc. mit mehrern aber soll seiner bey den General-Commentat. erwehnet werden.

ANDREAS de VEGA, Segobiensis, ductam ab utroque parente Gundisalvo à Vega, & Guiomara Leonia generis nobilitatem suæ ætatis factus, eximiis Sacrarum Literarum fructibus multaque Rhetorices, ac linguarum eruditione studio jugi ad Salmanticam perceptis honestiorem sibi ac patriæ, reddidit. Durandum in eo gymnasio jam docebat, creatus ritè per eos dies sacræ scientiæ Magister, cum honore & loco isto, atque aliorum spe, quæ quidem pascere honestissimum quemque solent, repudiatis, nuncioque secularibus remisso, in æde Franciscana ejusdem urbis amictu se induens Minorum in tutiorem

tutiorem religionis portum recepit. Una hic cum *Alphonso Castrensi* celeberrimo illorum temporum Theologo commoratus, postquam domesticos communi opera sacris litteris uterque imbuissent, à Carolo Imperatore, filioque ejus Philippo Principe Tridentum destinati sunt ad Synodum Pontificio Edicto anno MDXLV. convocatam &c. In reditu se domui suæ ac cellulæ restituens, æquali omnium illius Academiæ ordinum plausu ejus meriti ac palmæ virum summe diligente ac suspiciente, ordinariis lectionibus intentus usque ad obitus diem vixit. Fertur is in annum incidisse M D LX. Andreæ Lacunæ ac Dominico Soto, tribus cum nostro scilicet Urbis Segobiensis spendidissimis luminibus fatalem. Celebri huic Andreæ scripto hic titulus fuit appositus:

Doctrina Universa de Justificatione libris XV. absolutè tradita, & contra omnes omnium errores defensa, quæ post alias parum emendatas editiones Coloniæ prodiit ex officina Cervini Galeni 1572. in folio, Petro Canisio hunc ante alios tam utilis argumenti Scriptorem, procuratâ diligenter, curioseque hac editione cum præclaro Andreæ nostri elogio commendante. Id opus pro dignitate nunquam laudari posse, Andreas Scotus in *Bibliotheca Hispana* retulit, quod quidem, ejusque Authorem laudant Michael Medina lib. 1. *De Recta in Deum Fide* cap. IV. Henricus Sedulius *Commentariis in Vitam Sancti Francisci* cap. IV. uterque sodalis, uti sunt etiam

Alphonſus Caſtrenſis *Adverſus hæreſes* libris, & Franciſcus Gonzaga in *De Origine Franciſcanæ familiæ atque progreſſu.* Gabriel item Vaſquius, Robertus Bellarminus lib. V. *De Juſtificatione* cap. XIX. Poſſevinus in *Apparatu*, atque Waddingus *de Scriptoribus Franciſcanis* ſcribens: qui à Bellarmini reprehenſione quadam tueri ſodalem conatur. Recuſum fuit poſtea opus Aſchaffenburgi, Moguntinæ in Germania dioeceſis, apud Hermannum Mireſium 1621 in folio, & alibi ſæpè. Editio princeps, ut credo, Veneta eſt anni 1548. in 4. ſive 1546. cum titulo *Decreti de Juſtificatione* ſive *Opuſculi de Juſtificatione, gratia & meritis. Concionem* ab eo *habitam ad PP. Concilii Tridentini Cinerum die anno MD XLVII.* edidit Anonymus ſine loci mentione, aut anni in 4.

Poſthuma etiam videntur ex ſchedis illius edita:

Commentaria in aliquot Concilii Tridentini Decreta. Compluti 1564.

Commentaria in Pſalmos: ibidem 1599. Quorum utriuſque meminit Lucas Waddingus, non vero Didacus Colmenares in *Viris Illuſtribus Segobienſibus.*

Expoſitionem item quandam in *Regulam Sancti Franciſci* (editamne, an ſecus, mihi dubium) *Vegæ* tribuit Ludovicus Mirandenſis, idem tractans argumentum. *Antonius* in Biblioth. Hiſpan. P. I. p. 70. ſeq. *Waddingus* l. c. p. 19. *Poſſevinus* l. c. Tom. I. p. 77.

Thomas Bangius in Tropæo Protevangelico p. 8. nennt ihn Pontificiæ Scholæ Doctorem celeberrimum, führt ihn auch als einen Zeugen der Wahrheit wider seine eigene Glaubensgenossen an / und zwar in solchen Dingen / die er auf dem Concilio Tridentino zuvor selbst verworffen hat.

GUILIELMUS VELLIUS, *Wels, sive Velius, Wellius, Wellis seu Fontanus* cognominatus à civitate sua natalitia in Comitatu Somersetensi. Wels enim Anglicè idem est quod *fontes* Latinè, S. T. D. Cantabrigiensis, in acutis disputationibus, & in Concionibus doctis mire floruit, vir ingeniosus, industrius, & litteratus. In rebus etiam agendis expertus, in dirigendis prudens, in expediendis dexter & felix, fuit per 20. annos Provincialis Angliæ. Cujus temporis maximam partem in eo posuit, ut, quæ laboriosè didicerat, utiliter posteris commendaret. Scripsit inter alia

Distictiones in Psalterium, L. I. Per abyssum Scriptura designat &c.

Obiit Linnæ Anno 1421. 24. Martii. Ibique sepultus est. *Anast. Crus. p. 3. c. 22. De Herer l. G. de Script. Possevin. Tom. I. Appar. sacri p. 713. Pamph. Pits. de Angliæ Script. æt. 19. Elssius in Encom. Augustin. p. 263.*

Sixtus Senensis hat sich zwar auf diese Arbeit l. c. p. 313. beruffen / wenn er aber p. 238. des Autoris erwehnen soll / so ist kein Wort von ihm zu finden.

HIERO-

HIERONYMUS VERLENIUS, (aliis Varlenius, wie ihn denn König in Bibl. p. 831. und 839. unter beyden Nahmen als zweyerley Personen allegiret) Duci-Sylvius, admodum adolescens celebri patriæ gymnasio Lovanium venit, ibique post percepta Philosophiæ studia, Theodemque post percepta Philosophiæ studia, Theologiæ & litteris sacris junxit melioris litteraturæ linguæque Græcæ peritiam. Evocatus Lovanio, primum scholæ patriæ moderator fuit: mox S. Theologiæ Lector, ut vocant, Ultrajecti apud *Joannistas* seu Rhodiensis militiæ Religiosos: deinde in D. Jacobi Pastor, ac demum Canonicus Harlemensis, & Episcopi Vicarius, Edidit varia.

Denique, dum sacras Ultrajecti litteras profitetur, *Commentarium* scripsit *in Psalmos Davidicos.* Lovanii 1558. fol. apud Bergaignium.

Desiit esse inter vivos Harlemi, an. Dom. MDLXXXVII. die XVII. Augusti, in Æde summa ante altare summum depositus. *Valer. Andreæ* in Bibl. Belg. p. 404. (edit. prior in 8. recentiore verò in 4t. p. 389.) *Swertius* l. c. p. 346.

JOH. VICARSII Decapla, sive commentarium è X. Linguis, MSC. & impressis, Hebr. Arab. Syr. Chald. Rabb. Græc. Rom. Ital. Hisp. Gallic. Lond. 1639. 1655. 1660. in fol. haben wir allbereit vorhin p. 21. angeführet / conf. *Imbonati* Biblioth. Latino-Hebr. p. 134. D. *Mayeri* Biblioth. Bibl. disp. ult. p. 158.

Uber VIETORIS von den seel. *Poëtio* l. c. p. 85. allegirte ausführliche Erklärung des Königs und Propheten Davids (Nürnb. 1690. in 4t.) habe mich

mich sehr gewundert / daß ich selbige unter den Commentatoribus in Psalmos finden solte / daran Herr *Philipp. Otto Victor*, hochfürstlicher Hessischer Kirchen-Rath und Ober-Hofprediger wol niemalen gedacht ꝛc. Wann Herr Poëtius nur den bloßen Titul angeführet hätte / der also lautet: **Des durchlauchtigsten Königs und erleuchtesten Propheten in Israel / Davids Lebens und Regierung erster Theil in verschiedenen Predigten vorgestellet ꝛc.** so wäre ihm selbst gar leicht kund worden / daß dieses Werck nur Davids Personalien / keineswegens aber eine Erklärung der Psalmen in sich hielte. Zudem hat gedachter Victor in den gantzen Buch der Psalmen kaum mit ein und andrer Zeilen erwehnet.

Von VINCENTIO meldet Sixtus Senensis l.c. p. 308. seq. *Vincentius Presbyter*, natione Gallus, linguam habens usu loquendi & majorum lectione politam, *commentatus est inprimos aliquot Psalmos*, ex quibus nonnullos legit Sancto homini Dei Canati, audiente Gennadio, Massiliensis Ecclesiæ presbytero, promittens simul, si dominus ei vitam & vires daret, se in toto Psalt. eodem stylo laboraturum. Claruit sub Martiano Imp. anno Domini 450. Wañ aber Sixtus p. 313. diesem Autorem Vincentium Lirinensem neñet / so pecciret er wol enormiter / nachdem sie Gennadius in Catalogo Viror. illustr. p. 109. 203. (Edit. Basil. 1529. in 4.) sehr wol von einander unterschiedẽ hat. Ein mehrers werden diese obscure Sache zu erläutern beytregen / Seraphinus Piccinardus in Act. Erudit.

Erudit. A. 1687. p. 274. und Mollerus mit vielen Autoribus in Homonymoſcop. p. 641.

FRANC. VISDOMINUS (oder Vicedominus) Ferrarienſis, ex ordine Minorum, celeberrimæ Bononienſis Academiæ apud Franciſcanos moderator, vir vitæ integerrimæ, ingenii ſublimis, eruditionis & eloquentiæ ſummæ, declamator ſacrarum concionum tota Italia celebris, & veluti alter Demoſthenes, invita ac prorſus reluctante natura præſtantiſſimus orator effectus. Nam, cum ei lingua & vox naturali quodam ac perpetuo offendiculo ita interrumpatur, ſiſtaturq; loquenti, ut primas dictionum ſyllabas in privatis colloquiis iterum atque iterum cogatur anhelando repetere; ſic tamen repugnantis naturæ malignitatem fortiſſimo laterum robore, & validiſſimo ſpirituum omnium conatu domat, expugnatq;, ut miraculum ſit, quomodo vir, lingua hæſitans, & in familiari congreſſu vix ſubmiſſa voce verba referens, poſſit in publicis declamationibus expeditiſſima voce, & ſolutiſſima lingua exactiſſimè & gratiſſimè loqui, & quod mirabilius eſt, concitatiſſimo orationis curſu ab exordio uſque ad finem concionis in offenſa lingua decurrere, eodem ſemper actionis impetu, ac ſpiritus ardore, & eadem ſemper vocis magnitudine, ac fortitudine, rapiens convolvensq; ſecum auditorum animos inſtar rapidiſſimi torrentis hybernis nivibus aucti. Hic igitur priſcum illum concionandi morem, Baſilio Magno, Gregorio Magno, & Chryſoſtomo, cæterisq;

risq; eloquentiſſimis patribus olim in Eccleſia Dei uſitatum, & multis poſtea ſeculis extinctum, primus apud Italos revocavit in lucem: editis Latina, & Hetruſca lingua in omnes ferè divinæ ſcripturæ libros eruditiſſimis diſertiſſimisque juxta literalem, atropicam intelligentiam ſermonibus. Floruit ſub Carolo V. Auguſto in Concilio Tridentino, multis adverſus hæreticos diſputationibus clarus: vivitque adhuc Romæ uſq; ad præſentem annum 1566. maximo cum fructu & admiratione Romani populi quotidiè declamans, legens & ſcribens, annos natus ſex & quinquaginta. Sixtus Senenſ. l. c. p. 231. allwo er aber kein Wort meldet/ daß er etwas über die Pſalmen ſolten geſchrieben haben. Jedoch Poſſevinus l. c. P. I. p. 598. gedenckt der Lateiniſchen Homilien über die Pſalmen/ die Bernardinus Seraphinus damals publiciren wollen. Er ſtarb aber A. 1573. d. 29. Oct.

Den Cardinal ÆGIDIUM VITERBIENSEM gehe mit Willen vorbey/ weil er nach Joh. Palatii (der ſein Lob und Leben umſtändig beſchrieben) Bericht in Ariſtocrat. Eccleſ. Vol. II. p. 682. ſeq. nur einen Commentarium über etliche Pſalmen ad Leonem X. geſchrieben.

Conr. *Geſnerus* libro ultimo Pandect. Univerſ. p. 25. citiret nur den bloſſen Nahmen WALFREDI, ohne beyzufügen/ wen er meine/ oder was er über die Pſalmen geſchrieben. Joſias *Simlerus* in Epitome Biblioth. Geſnerianæ will auch nichts davon wiſſen und allegiret dieſen Walfredum

nicht

nicht einmahl. Kan sein / daß er den Galfridum Waterton, oder noch vermuthlicher *Walfridum*, dessen wir vorhin unter Strabi Nahmen erwehnet / damit gemeinet habe.

Obgleich der seel. D. MICHAEL WALTHER / Braunschweig-Lüneburgischer General Superint. keinen Commentarium in Psalmos geschrieben / so ersetzet doch alles seine erbauliche Postilla Hieropsaltica oder Erklärung etlicher Psalmen und deren Kernsprüche auf die gewöhnliche Sonn- und Festtags Evangelia gerichtet / Nürnberg 1657. in 4t.

Sein Leben / Fata und Schrifften sind in Wittens Memor. Theol. p. 1406. umständig enthalten / und sehr viele Lobsprüche miteingemenget / dahin den geneigten Leser um beliebter Kürtze verweise. Vid. *Spizelii* templum honor. p. 268. seq. *Freheri* Theatr. p. 629. *Gerh. Theod. Meieri* Memor. Theol. Helmstad. p. 51. seq.

Er starb A. 1662. æt. 69. Weil er eines Nürnbergischen Kaufmanns Sohn gewesen / ward er auch zu dieser Profession Anfangs destiniret / aber GOttes Wille war daß er künfftig mit andern Wahren handeln solte. Anfangs studirte er medicinam, hernach Theologiam. Seine viele Mutationes und Vocationes sind bey jetzt gemeldten Biographis zu finden.

Unter seinem Bildnüß / so auch bey der Psalm-Postill zufinden / stehet Johann Michael Dilherrns elogium:

Hic est ille Dei præco fidissimus, Orbi

Notus

Notus, ob ingenii tot monumenta ſui.
Atlantem Sophies Sacræ, ſi dixeris unum
Waltherum, dices, zoilus ipſe tacet.

D. Joh. Erneſt. Gerhardus bey gedachten Witte l. c. p. 1407. macht dieſe Beſchreibung von ihm: Fuit orthodoxæ Eccleſiæ ornamentum ac munimentum, heterodoxæ terriculamentum, fuit antiquæ & apoſtolicæ amantium doctrinæ amor, hæreticæ omniſque novitatis oſor, fuit bonorum præſidium ac delicium, malorum exitium — ut pote quem conſtat omnes prope exercitatiſſimi Theologi partes impleviſſe.

Von ſeinen Schrifften rühmet er p. 1416. Ita Scripta ejus luci data literato orbi arriſerunt, ut nec ſecunda tertiave, quin nec quarta editio empturientium legentiumque deſiderium expleverit. Utut vero ſat multa, eademque tum pietatem, tum ſolidam eruditionem Theologicam ſpirantia ſcripta publicæ luci commiſerit: compertum tamen habeo, non pauca in forulis adhuc adſervari. Hic vero non præter rem in admirationem rapior, qui tanta ac lectionis prope infinitæ opera aggredi & perficere *Waltherus* potuerit, inter denſas publicorum officiorum moleſtias ac nexus quaſi laborum Herculeos; addo, inter tot amicorum interpellationes &c.

Theologus multis meritis inclytus. *D. Mayer* in Biblioth. Bibl. Diſp. III. p. 42. allwo er auch die Officinam Biblicam vor eine höchſt nützliche Arbeit hält/ davon zu ſeiner Zeit ein mehrers.

Georg Weiße / Superint. in Colditz / nennet ihn einen in der Critica sehr wol geübten Theologum (in tr. von Christo dem rechten Heilfisch p. 12.) *D. Pfeiffer* in Progr. Witteb. A. 1668. p. 3. diligentissimum Scripturarum Scrutatorem. *Joh. Ernestus* Müller in Dissert. de Terra Jobi p. 29. profundæ scientiæ Theologum ac Philologum. *D. Calov.* Tom. I. Syst. p. 519. und *D. Joh. Meisner* in Disp. de sepultura B. Mariæ sect. 2. §. 3. pium Bibliorum cultorem. *D. Thom. Bangius* in cœlo Orientis p. 55. magnæ eruditionis Theologum. *D. Georg. Henr. Gœtzius* in Diss. inaug. de Cornel. à Lapide Commentariis p. 20. Theologum profundæ eruditionis & exquisiti judicii.

Der Cistercienser zu Rom Carol. Joseph. Imbonatus irret sehr in seiner Bibliotheca Latino-Ebraica p. 163. wann er vorgiebt / D. Waltheri Grammatica linguæ S. sey Anno 1590. schon zu Wittenberg gedruckt worden / da doch der seelige Mann erst drey Jahr hernach / nehmlich A. 1593. in diese Welt gebohren worden.

Ein entsetzlicher Casus hatte ihn und sein Hauß betroffen / dessen zwar der seelige *Spizelius* l. c. nur mit wenigen gedencket / D. Walther aber in seinen Schrifften zum öfftern berühret / und *D. Gerhardus* l. c. deutlich wider alle Calumnien vindiciret ꝛc.

GALFRIDUS WATERTON, (oder *Waterанus*, wie ihn Fab. *Justinianus* l. c. p. 403. nennet) Anglus, scripsit Moralitates Psalterii; Vivebat A. 1350. *Possevin.* l. c. P. I. p. 613. Kempius und Crowæus l. c. melden nichts von ihm.

Der

Der von Poëtio l. c. p. 87. angeführte Engelländer WEIGR ist entweder ein Non-ens, oder ein Vitium Typographicum, und sol vielleicht *Wright* heissen/ dessen wir jetzo bald gedencken wollen.

JOHANNES WEISSE, natione *Saxo*, patria Rostokensis, disciplina *Lipzensis*, vir rarissimæ laudis, Juris-Consultus exquisitus; Philosophus perspicacissimus, acerrimus disputator; in Theologia nulli ævo suo postremus. Hic cum post artium & Philosophiæ insignia, quæ in tribus Universitatibus, *Grippenvvaldensi*, *Rostokensi*, *& Lipzensi*, respondendo emeruit, non paucos annos cum maximo auditorum proventu per omnem Aristotelicam palæstram decurrisset, applicuissetque Juridicæ disceptationi, in qua lauream adeptus: ad *Basileense* se contulit concilium; ubi quadriennio consistens, multarum rerum patronus & actor, reversus ad Theologiam divertit, atque in ea quam breviter coalitus, insigniis susceptis mirum in modum scholasticis subtilitatibus quam uberrime cathedram rexit. Scripsit post multos, (quos toto vitæ spatio in *Lipzensi* Gymnasio legendo erudiendoque ad usque oculorum capturam perfecit) opuscula multa, quibus se immortalitati non injuria donavit. Reliquitque clari ingenii liquida monumenta, quæ super extant, officinam expectantia; non indigna profecto ære perenni. — — Super Psalterio in quadruplici sensu volumen magnum & dignissimum. Recommendationes & orationes ad Clerum pluri-

mas. Claruit autem Rector Studii 1443. *Joach. Joh. Maderus* in Script. insign. n. 6.

BARTHOLOMÆI WESTHEMERI, Phorcensis, in omnes Psalmos Davidis explicationes, cum ex veteribus tùm recentioribus Patribus veræ ac catholicæ Ecclesiæ summa diligentia ac studio collectæ, (wie das Titul-Blatt lautet/) nunc primum maxima S. Theologiæ studiosorum utilitate ac commodo in lucem editæ Basil. 1566. in fol. In der Dedication an den damahligen Marggraffen zu Baaden / Carolum, stehet unter andern auch dieser Passus: Placuit mihi, Princeps clementissime, Celsitudini tuæ, communiq; Patriæ Bibliothecam meam, utcunque sit illa, legare & dedicare. Dulcedo enim natalis soli hoc facit, ut non sinat sui immemores nos esse. Insuper nemo mortalium sibi ipsi (juxta Ciceronem) natus est, sed Deo atque patriæ. Imitatus sum exemplum clarissimi Viri ac Domini, *Joannis Reuchlini*, sanctæ memoriæ (lumen ac Phœnicem non suæ patriæ tantum, sed totius Germaniæ) qui & suam Bibliothecam, T. C. civitati Phorcensi testamento assignavit: ita quoque apud me constitui, jureque etiam naturali censui, Explanationes has in Psalmos inclytissimi Regis Israelis Davidis, atque Prophetæ summi ad neminem alium quam ad T. illustrem C. pertinere, utpote Principem, incorruptam religionem, purumque Evangelium amplectentem. — Offero & meos labores, ex tam veteribus quam recentioribus, & quotquot in librum Psalmorum scripserunt, col-

lectos

lectos, pro virili ac tenuitate ingenii. Damus autem, in lucem has explicationes, nullo ambitionis quæstusve studio, sed gratificaturi Theologiæ Candidatis omnibus, ac illis imprimis, qui Ecclesiis in urbe & agro præfecti, ob stipendiorum tenuitatem, ac veterum ac recentiorum Patrum volumina super Psalmos edita acquirere possunt.

Nirgend werden wir seine Fata vollständiger als in *Joh. Henr. Maji* lobwürdigen Vita Joh. Reuchlini p. 78. antreffen/daraus wir dieses communiciren wollen: Scriptis aliquot publicè editis inclaruit, quorum prius continet *collectanea troporum, ex primariis tam Hebræorum, quam Ecclesiasticorum commentariis congesta.* Hoc aliquoties recognovit atque locupletavit, minimum quinquies, donec plenum atque perfectum sub Eduardi VI. Angliæ Regis auspiciis in vulgus prodiret: de quo ipsius auctoris verba adferam ex epistola nuncupatoria ad Eduardum: *Editus ante multos annos fuit à me* Troporum *opus, sed sine dedicatione aliqua, rude adhuc, exiguum, & mancum. Jam tale tantumq; damus, ut cum illo altero collatum, non illud ipsum, sed plane alterum judicari possit. Nam quicquid per humanam industriam fieri potuit, à me factum est, ut plenum atque perfectum sub tui felicissimi nominis auspicio prodiret. Per multos enim annos undique ea omnia conquisivi, & notavi, quæ ad id exornandum atque amplificandum, quovis modo facere videntur.* Unde cum novum opus videri queat, novum quoque ei titulum præfixi h. m. *Troporum, schematum, idiomatumq; communium*

liber, ex omnibus orthodoxis Ecclesiæ Patribus singulari industria tam collectus, quam in ordinem convenientissimum, h. e. Alphabeticum, dispositus, ut sine omni scrupulo studiosus rerum divinarum V. & N.T. scripta, quæ phrasin peculiarem & loquendi modos Hebraico more proprios habent, & nodos prius etiam Theologis summis incognitos dissolvere queat. Basileæ Anno M. D. LI. per Joannem Hervagium typis exscriptum hoc opus est, de quo *Matthiam Flacium* in præfat. seu epistola dedicat. præfixa Clavi Scripturæ S. loqui his verbis censeo: *Quidam etiam* de phrasibus *separatim aliquid ediderunt, sed plerique justo brevius: præter* unum quendam, *qui non tam suum opus conscripsit, quam multorum doctorum hujus temporis adnotationes* de Hebraismis, *ad verbum ex eorum Commentariis excerpsit & in unum concessit. Verum ille non digessit cum judicio, nec aliqua diligentiore censura id opus perpolivit: multo minus Hebraicos Græcosque fontes consuluit. Multa igitur sæpius in ejus opere reperiuntur, in multis testimonia desunt, multa inter se pugnant, multa significata adhuc desunt: non pauca etiam parum vero, atque adeo quædam etiam impiè dicuntur: ut, cum fides justificans non raro cum charitate & bonis operibus confunditur.* Quæ censura nimis profecto rigida & audax videtur. A diligentia enim incredibili, ac animo ad juventutis promovenda studia cupidissimo, commendari meritò *Westhemerus* noster debet. Neque verisimile est, ipsum neglexisse fontes Græcos Hebraicosque, cum sæpissimè ad illos provocet.

Quod

Quod vero non ubique teſtimonia addiderit, in eo culpa fortaſſe vacat, quoniam ſi id facere inſtituiſſet, in immenſum liber excreviſſet: alioquin ipſe *Flacius* etiam coarguendus eſſet, qui ſimiliter hoc prætermiſit. Multa deeſſe ſignificata, haud miramur, deſunt enim & *in clave* multa. Nævi aut tolerandi erant, aut mollius emendandi, in multis certe facem Illyrico prætulit, cui facile fuit inventis aliquid addere: idemque nobis nunc in *Flacio* uſu venit. Verum mitto hanc diſceptationem, & alium, quem vidi librum à cive meo editum, Tiguriq; A. 1563. in forma quarti ordinis impreſſum adduco. Titulum hunc præfert: *Conciliatio Patrum & conciliorum & decretorum cum Sacra Scriptura, collecta, aucta & edita, à B.W. Phorc.* Quod libri ſit argumentum, autor ipſe in epiſtola nuncupatoria ad *Otthonem Henricum* S. Imperii Rom. Electorem. Principem & Comitem Palatinum, ita expreſſit: *hoc autem principue nomine brevem illum librum, ſed multa huic ſeculo (arbitror) non male congruentia complectentem, h. e. ceremonias eccleſiaſticas* (præter fidei capita, de ſcriptura, S. Trinitate, Lege, Evangelio, Juſtificatione, ac ſimilibus) *à temporibus Apoſtolorum ad multa ſecula, in quibus pura Evangeli i doctrina culta eſt, continentem.* Tuæ Celſit. *dicare placuit, ut iis, quibus nihil probatur, niſi antiquum, & ab Eccleſia Catholica receptum, os obſtruere poſſit, ne adeo frivolè atque absque ratione contra innovationes, ſicut invidioſe appellant reformationes pias, quas apud pleraſque Eccleſias vident, quumque ab Apoſtolis & Apoſtolicis vi-*

ris accepimus, cupiamus revocari summoque in pretio haberi. Tempus quo inclaruerit Westhemerus noster, ex adductis epistolis atque libris colligere licet; scripta enim sunt intra annos 1530. & 1550. Basileæ, ubi forte vixit. Hisce cum præsentem de Westhemero narrationem finire vellem, commodum accidit, ut frater meus in ordinanda *Serenissimi Principis* Bibliotheca, cui præfectus est, nunc occupatus, mihi significaret, se reperisse aliquot libros, quos civis noster possedisset, cum & illius nomen & Symbolum, aliasque sententias ipsius manu inscripta haberent. Ea cum ingenium viri quodammodo indicare, & quædam pietatis simul ac eruditionis signa præbere videantur, cum B. L. communicare volui. In omnibus una eademque nominis & Symboli expressio hæc conspicitur: *Bartholomæi Westhemeri sum, nec muto dominum.* Ἐν νυκτὶ βουλὴ *in nocte consilium.* In Indice Commentariorum *Conradi Pelicani* in omnes S. Codicis libros hæc symbolo, explicationis cujusdam, ut opinor, gratia, subjecta verba lego: *Non sunt consilia honesta, nisi à Domino, qui etiam prava consilia moderatur in bonum.* Nullibi verò magis ostendit pietatem atque amorem erga divina oracula, quam in *Novo Testamento* ab *Erasmo* recognito & latine converso, cui tamen etiam vulgata translatio est adjecta, Basileæ à *Frobenio* A. 1527. edito. Inter alia apophthegmata hoc primum locum obtinet: *Testamentum Novum unicus portus Christianis relictus, in quem illi ab hisce rerum huma-*

humanarum undis ac tempestatibus recipiuntur. Cui subjiciuntur sequentes versus:

Vir sapiens Evangelio dependet ab uno,
Hoc solum certam pandit ad astra viam.

Mox in hæc erumpit suspiria: *Oro Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, pro nobis crucifixum, resuscitatumq́, ut ipse puritatem Evangelii sui defendat, & omnia idola destruat, & mentes nostras regat, ut salutaria doceamus & agamus.* Alibi diligens sacrarum literarum studium ita comendat: *Abundantia verbi inter nos esse debet, satietas autem non. Verbum Dei cibus est, quem qui comedit, adhuc magis esurit.* Budæi annotationibus tale judicium adscribit: *Budæus Juris Civilis autores à barbaris diu in vinculis habitos in patriam ex captivitate postliminio redeuntes in forum reduxit.* Item: *Budæus novus nobis* Servius Sulpitius, *exoriens Jus civile cum facundia, in qua jam multis seculis fuerat dissidium, reduxit in gratiam.* Qualis vero quantusque vir fuerit Servius Sulpitius, ex *Ciceronis* de eo encomio liquet Orat. Philipp. IX. &c. Ad hunc insignem locum digitum forte intendit noster, quando *Budæum novum* vel alterum *Servium Sulpitium* vocat. Hi vero aliique *Westhemeri* libri in Serenissimi Principis nostri Bibliothecam delati sunt, ut hac ipsa demum hora indagavi, Phorzhemiô, cui urbi noster Reuchlini secutus exemplum, Bibliothecam suam legaverat. Præterea ex *Augustini Brunneri* libello, quo præcipuos recensuit S. Theologiæ Doctores & Ecclesiæ ministros, qui ab A. 1500. usque 1615. in Germania

vixerunt, ac juxta Augustanæ Confessionis normam & formulam Concord. Evangelium J. C. purè docuerant, intellexi, Westhemerum nostrum Doctorem Theologum fuisse, & *Horburgi* in Comitatu Mompelgardensi divina oracula purè atque perspicue tradidisse.

Der seelige M. JOH. HEINRICH WEYHENMAYER Evangelischer Prediger im Münster zu Ulm hat A. 1695. in 4. seine Davidische Schatzkammer aus den 150. Psalmen heraus gegeben / welche Predigten zwar keinen Commentarium perpetuum ausmachen / wie er selber p. 3. bekennt / sondern nur aus jeden Psalm einen Kernspruch erklären / jedoch ist der gantze Psalm mit seinen Umständen offt mit genommen worden / und also zu grossen Nutzen anzuwenden. P. 1917. schreibt er / daß dieses Werck unter lauter Kriegs-Geschrey / Mord und Brand verfertigt worden.

Sein Lebenslauff und viele publicirte Schrifften sind in D. Pippingii Memoriis Theolog. p. 1684. seq. item zu Ende der ihme zum Andencken gehaltenen Leichpredigt / und in *novis literar.* German. Anno 1707. p. 133. seq. zu finden / daraus erhellet daß er zu Ulm Anno 1637. gebohren worden / und Anno 1706. æt. 69. daselbst in HErrn seelig entschlaffen.

Remarquabel ist / was in gedachten memoriis von ihm p. 1686. gemeldet wird: Erat illi ingenium acre, animus candidus, atque incredibilis in laboribus assiduitas. Tanta insuper in eodem

Sein Pſalterium iſt ein opus juventute pernoſcenda digniſſimum. Græca oratio eſt ſatis poëtica imò interdum ποιητικωτάτη, ſo mit dem hebräiſchen Text nicht allemahl wohl übereinkommt; zum öfftern fehlet auch wol darinnen die Genie der griechiſchen Poëſie. Dann ein anders ſeye Verſe machen / ein anders einen Poëten abgeben / welches / weil es im vertiren ſehr ſchwer ſey / ſo wären doch untrr den neuern etliche / welche er dem Apollinari vorziehe; wie dann unter ſelbige zu zehlen wären Florens Chriſtianus, Zanutius und Joſeph. Scaliger. *Caſaubonus* in Epiſt. ad Hœſchel n. DCXLII. p. 624. Vid. *Anonymi* vernünfftige Urtheile von gelehrten Leuten p. 310.

Die accurateſte Nachricht von dieſem Autore und ſeiner Metaphraſi Pſalmorum iſt in des vortrefflichen Polyhiſtoris D. *Fabricii*, meines hochgeſchätzten Freundes / Bibliotheca Græca L. V. c. 16. Vol. VII. p. 666. zufinden / bey welcher Gelegenheit er p. 686. ſeq. allerhand Metaphraſes Pſalmorum variorum autorum in unterſchiedlichen Sprachen angeführet / nemlich Griechiſche / Lateiniſche / Teutſche / Hebräiſche / Engliſche / Holländ-

Holländische / Böhmische / Dänische / Frantzösische / Spanische / Ungrische / Welsche / Polnische / Schwedische / Lapp- und Finländische / Engel-Sächsiche oder Wallische ꝛc. welches man/ meines Wissens/ sonst nirgend also specificiret finden wird.

Ad p. 162. lin. 13. Diversum hunc esse *Aquilam*, cujus sententiæ in *Dan. Barbari* Catena Psalm. comparent, ab *Aquila Pontico*, qui Libros V. T. græcè interpretatus est, notavit D. *Ittigius* Lib. de Biblioth. & Catenis Patrum c. 10. p. 658. conf. D. *Fabricium* l. c. p. 742.

Ad lin. 14. ejusd. p. Jud. Akibæ, p. 163. lin. 27. *Misc. Sacr.* p. 165. lin. 5. *interpret.* p. 174 lin. 13. Historie.

Ad p. 182. lin. 10. ARIBO (oder wie er sonst genennet wird *Erbo*, Eribo, Abbo, vid. *Serarii* L. V. rer. Mogunt p. 729.) wird von Joh. Bochio in seinen observationibus in Psalm. p. 806. unter die jenigen Commentatores gezehlet / die über den gantzen Psalter commentiret haben. Aus dem Trithemio und andern dergleichen Scribenten erhellet zur Gnüge / daß er nur ein einigs Buch in Psalmos graduum, und also nur über 15. Psalmen geschrieben habe. Conf. plures Autores in *Hendreich.* Pandect. p. 269.

So irrt sich auch dieser Bochius in den gleich darauf folgenden ARINANDO, der ist wol in rerum natura nie gewesen / und also kan er auch nicht in Psalmos commentiret haben. Ich vermuthe aber / er habe *Armandum de Bellovisu* im Sinn gehabt / wie wol er die zwey letzten Worte (de Bellovisu) ausgelassen / von welchen Autore wir

wir allbereit P. VIII. p. 348. seq. gehandelt haben.

Ad p. 192. lin. 13. lege : *Arndii phrasibus* p. 194. lin. 21. post. p. 2.) claudatur parenthesis. p. 200. lin. 10. In meinen Epitaphiis *p. 201. lin. 18.* historico, quo occasione definitionis vetustæ, qua Philosophia dicitur γνῶσις τῶν ὄντων, varia discutiuntur. p. 210. lin. 27. *asseret.* ad p. 211. post lin. 8. Als Joh. Mart. Schamelius in einer A. 1714. gehaltenen Predigt das erschröckliche Unglück/ so in den Pulver-Buden bey angehender Petri und Pauli Messe zu Naumburg entstanden/ in einer Feuer-Predigt beweglich entworffen/ so schreibt er unter andern auch auf den letzten Blat: Bey dem Brande auf der Herrn-Freyheit ist wahrgenommen worden/ daß in Herrn Johann Heinrich Fichtelmanns/ eines Feder-Händlers Hause von dem Verlust seiner Güter (so sich gegen 4000. Thlr. beläufft) zuföderst ein geistliches Buch erhalten worden. Nemlich Scrivers gülden Gebet-Kleinod/ ediret durch Christ. Goclenium, Nürnberg 1710. in lang 12. Daran angebunden des gottsel. Joh. Arndts Paradiß Gärtgen ediret Sondershaus. 1709. Dieses Buch hat in einer Küste mit Geräthe angefüllet gelegen/ welche durch die gewaltige Feuers-Glut zu Asche verbrannt/ aber dieses Buch unversehret darinne wieder gefunden worden. Allermassen ich selbst mit Augen gesehen/ daß nichts/ denn nur die zwey äussersten Enden der aus Frantz-Leder bestehenden Schale in etwas angebrannt/ ein Clausurgen aber

gantz

gantz hinweg gebrannt / hingegen das Buch noch gut und sauber auf dem guldnen Schnitte gewesen. Man hat noch an einem Orte dergleichen Exempel in diesem Brande mit Arndts Paradieß-Gärtlein wollen angeben/darvon ich zur Zeit nichts gewisses melden kan.

P. 211. lin. 22. unvergleichlichen ad p. 245. lin. 23. Ein mehrers hat zu des seel. Arnds Rettung beygetragen D. *Spener* P. II. über Arndts wahres Christenthum p. 274. conf. præfat. nostram in eundem Arndii librum Ratisb. 1712. editam. p. 261. ad lin. ult. A. 1714. hat Herr D. Wernsdorf eine disp. publiciret von Joh. Arndts Büchern vom wahren Christenthum / daraus wir seine Gedancken nun deutlich sehen können. p. 273. lin. 8. lege **verlöschte** p. 277. lin. 14. *Justiniani* Elenchum in S. script. p. 402.

Ad. p. 278. lin. 17. lege: *Franckenthal* ad p. 281. post lin 8. *Hoornbeck* Misc. Sacr. p. 131. nent diesen passum: dignum observatu locum. p. 284. lin. 27. lege *nimirum* ad p. 290. lin. 13. lege: *ab* R. p. 292. lin. 22. *dicenti*: οὐκ ἠθελήσατε.

Ad p. 296. lin. 5.) Arnobio adscribuntur *Commentarii* in Psalmos, à *Trithemio*, *Erasmo*, qui hunc primus edidit, Basiliæ A. MDXXII. & à *Renato Laurentio*. Verum non esse eos istius Arnobii, cujus contra gentes illi septem libri sunt, jam pridem Docti annotarunt, *Sixtus Senensis*, *Bellarminus*, *Possevinus*, *Maldonatus*, *Rivetus*, *Cocus*, apud quem vel ejus ectypum Joh. *Gerhard.* p. 635. quoque vide, quomodo nihilominus ex illo Papistæ

pistæ passim loca citent, in confirmationem suorum errorum. Bellarminus duplicem facit Arnobium; illum Afrum; & hunc juniorem, quem collocat ad A. 445. Verum ad ipsum illum, supposititium quamvis antiquum, nec omnino contemnendum Auctorem, licet cautè legendum; omnis ejus Commentarius est mystica Psalmorum expositio ad Christum Messiam, vel mores: & speciatim quod eum attinet (I.) sæpe Chrismatis meminit, in Psalm. IV. & XXII. & CXXXII. (II.) Mensam in celebranda S. Cœna habet; in Psalm. XXII. *Quid nunc habeat intra se Ecclesia videam. Habet virgam, unde minatur delinquenti. Habet baculum, unde subveniat pœnitenti. Habet mensam, unde det panem credenti.* (III.) Distinctionem graduum inter episcopos novit & presbyteros. In Psalm. XLVII. *distribuite gradus ejus, unum quemque pro suo merito facite ad gradum accedere, ut illi juste presbyterii gradum tradas.* Item in Psalm. CXXXV. (IV.) De libero arbitrio, quæ dicit, in Psalm. XC. non satis casta sunt & probæ notæ, sed & adde eundem, in Psalm. CXVII. *habes quidem liberum arbitrium, sed noli de eo præsumere*, & in Psalm. CXLVI. *Hoornbeck* l. c. p. 132.

Ad p. 302. lin. 13. lege: Nennen Altavantius ad p. 303. post lin. 17. *Athanasii*, des H. Bischoffs / Büchlein über das H. Buch / den Psalter / ist unter diesen Titul mit einer Vorrede *Georg. Spalatini* ad Fridericum, Electorem Saxoniæ zu Augspurg Anno 1521. in 4. gedruckt worden.

Vid. *Herm.* von der Hardt Tom. III. Autograph. Lutheri p. 57.

Athanasii expositio Psalterii ist auch unter den Codicibus MSCtis Græcis in Biblioth. Barocciana zu finden / wie Bernardus in Catalogo MSC. Angliæ P. I. p. 13. n. 118. angemercket hat. Auf eben denselben Blat n. 111. wird ein MSC. unter diesen Titul angeführet: Divinatio futurorum è quibusdam S. Scripturæ locis & Psalterio, item, vitæ ac mortis Prognostica, unà cum aliis Græculorum nugis. Kommt fast mit dem gottlosen Scripto überein / in Catalogo ratiorum MSC. n. 19. Geomantia Psalmorum i. e. ein schön Cabalistisches und Geomantisches Kunst-Stück aus etlichen Psalmen Davids colligirt / durch welches man allerhand zukünfftige Dinge / so man zu wissen begehret / gar natürlicher Weise erforschen und erfahren kan. Increpet te Deus, Satan! Item n. 57. Psalterium magicum i. e. der Psalter Davids mit seinen Magischen und Cabalistischen Influentien.

p. 305. lin. 4. lege: erwehnet.

Ad p. 309. des daselbst lin. 19. citirten Conlectoris (welchen Joh. Christ. Wendler in dissert. de præcipuis sec. XVI. & XVII. Theol. p. 78. M. *Grosschuf* nennet) Worte aus der Vorrede Fascic. I. p. 23. sind folgende: De Catalogo Biblioth. August. *El. Ehingeri* longe plura quam centum puto excusa exempla: certè ego adfirmare ausim, me vel centies in Bibliothecis vidisse; sed fortè hæc ab Ehingero in vulgus sparsa sunt, ut tanto celerius diripe-

diriperetur liber, & lucellum inde caperet. Constat Ehingerum ſumma laboraſſe inopia, & filias ad quæſtum accipiendum & rem inde faciendam, cum Auguſta Vindelicorum eſſet, non raro ablegaſſe. Quæ etſi aliis à veritate aliena videri poſſint, certa ſunt, & retulit mihi fide digniſſimus, in re medica excellens G. T. Ich höre aber nach der Zeit / daß dieſer Conlector die Welt geſeegnet/ und alſo wird der l. c. erfoderte Beweiß wol außenbleiben.

P. 311. lin 10. *lege:* Marcellinum citatur à *Coccio* Tom. II. L. 8. de ordine p. 971. *lin.* 14 lege: *Ataja ſeu Attias.* p. 313. lin. 14. *ſubtilites.*

Ad p, 315. *lin. antepen.* Simili ratione procedit Natalis Alexander in Symboli Athanaſiani γνησιότητα neganda, oſtenditq;, verba quæ ad illius probationem ex Auguſtini in Pſalmum CXX. Commentario à Bellarmino, Poſſevino & reliquis proferuntur, *non eſſe Auguſtiniana, ne ullam fieri apud Auguſtinum eo loco Athanaſii mentionem.* Certe maxima editionum varietas ſuſpicionem auget, quando aliæ ſententiam iſtam plane prætereunt, aliæ habent quidem, ſed circellis & parentheſi incluſam: hæc à cenſoribus demum Lovanienſibus verba illa ſunt expuncta, cum deſint in antiquiſſimis Commentariorum Auguſtini editionibus, Amorbachiana 1495. Lugdunenſi 1519. & Eraſmianis, & *revera abſint ab omnibus MSCtis*, quæ Monachi Benedictini in noviſſima Operum Auguſtini editione Pariſiis procuranda adhibent, uti ipſi in Notis ad hunc locum obſer-

vant, & nostri causa benevole transscripsit Consultiss. *Carpzovius*, Polyhistor & Senator Lipsiensis clarissimus, in cujus propriorem notitiam venisse magnæ laudi duco. Pariter in publica Acad. Lipsiensis Bibliotheca iis carent duo membranacei codices, quod maxima humanitate indicavit celeberrimus ejus Præfectus & amplissimus Patronus noster, Joach. *Fellerus*. Quamobrem non modo ex Pontificiis Dion. *Petavius* in Theol. dogm. de Trinit. lib. VII. c. 8. n. 7. ejusque contubernalis *Jacobus Sirmondus*, & cum eo *Cabassutius* Sec. II. Dissert. 18. Alexandro consentiunt: sed idem quoque statuunt D. *Joh. Tob. Major* Diss. de Symbolis §. XXVI. & D. *Joan. Ludov. Ruelius* Tom. II. Concil. Illustr. p. 667. ut alios præteream. Vid *Tenzelii* exercit. select. P. I. p. 9. seq.

Von Augustini Arbeit über die Psalmen schreibt *Ang, Rocca* in Bibl. Theol. p. 51. Psalmorum opus ingens est, & eruditissimum, & admodum utile, atque celeberrimum. In lib. tamen Retract. non recensetur, cum agitur de judicio in libros. Hieronymus tamen in Epist. quadam ad Augustinum fatetur se vidisse Commentarios hosce in Psalmos, & lib. Soliloquiorum, ut videre licet in 2. Tomo. Epistolarum.

In der neuen Edition der Opp. *Augustini* per Monachos Benedict. è Congreg. S. Mauri sind seine Enarrationes in Psalm. Tom. IV zu finden (Antwerp. 1700. in fol.) In der daselbst befindlichen Vorrede zeigen sie gleich in den ersten Zeilen was sie darinnen præstiret. Si postremos

illos retractationum libros nobis Augustinus reliquisset, quibus habitos ad populum tractatus recensere se velle epistolâ sua ad Quodvultdeum testabatur; immensum hoc in Psalmos Davidicos opus ibi haud dubiè illustrasset iis observationibus, quæ præfationis loco, nostrâ multò utilioris esse potuissent. At cùm propositum exsequi Beato viro per mortem non licuerit, arbitramur officii nostri hoc loco paucis exponere, primò, quibus momentis ad suscipiendam Psalmorum enarrationem impulsus sit, postea quem in eâ ordinem servaverit, deinde quam secutus fuerit in exponendo rationem, tum quas leges sibi præstituerit, denique cuinam institerit versionum.

Psalmis Davidicis mirum in modum capiebatur Augustinus. Eorum cantus, quo tempore illum in Ecclesiâ Mediolanensi audire cœpit, adeo suaviter ipsius afficiebat animum, ut piis hisce motibus ad maturandam conversionem suam vehementiùs stimularetur. Tradit etiam vir sanctus in suo secessu apud Cassiciacum, ubi se ad Baptismum comparabat, tantopere divinum in se amorem exarsisse legendis iisdem sacris Canticis, ut ardentissimo flagraret desiderio illos per orbem universum, si qua fieri potuisset, recitandi; simulque amarissimo doloris cum indignatione ac commiseratione conjuncti sensu pungeretur, quod, quæ mysteria remediaque illic continentur, lugendâ cæcitate non viderent, atque adeo antidotum, quo sanitas eis restitui

potuiſſet, reſpuerent. Atque licet è Pſalmis tantum luminis duci, tam uberem pietatis ſuccum exprimi poſſe intelligeret, proprio nimirum experimento; attamen privatâ ſuâ meditatione contentus, nunquam fortaſſis ad eos publicè exponendos animum appuliſſet, niſi ipſum petitæ aliunde cauſæ promoviſſent. Enim verò tam magnificam imbiberat de Pſalmorum præſtantiâ opinionem, ut quotquot ex illis apertiſſimi videbantur, iidem habendi eſſent ipſius judicio reconditiſſimi. Nec ſanè aliud cauſæ fuiſſe, cur ad Pſalmum centeſimum-decimum octavum, cujus expoſitionem ab eô tantùm non conviciis flagitabant, explanandum poſt tantas moras & procraſtinationes acceſſerit, ipſe ſatis declarat iſtis verbis, *Quantò enim videtur apertior, tantò mihi profundior videri ſolet.* Veruntamen cùm dignitatis, quam gerebat, ratio exigeret, ut plebem curæ ſuæ creditam præceptis inſtitueret, objurgationibus corrigeret, informaret ad pietatem, in bonorum operum virtutumq; Chriſtianarum ſtudio & uſu confirmaret; quamquam ſcriptura omnis, Apoſtolo teſte, ad id conducit; eum tamen oportuit in primis Pſalmos adhibere, utpote quos paſſim populi manibus teri ac in ore verſari cerneret, eoque, ad illud aſſequendum judicaret efficaciores, quod myſteria atque præcepta in ſacris omnibus paginis, quarum illi quoddam veluti compendium exhibent, diſperſa, in ſe complectantur. Deſudavit igitur in hoc labore, ſummâ

mâ curâ & ſedulitate, & ſi quando moleſtis improbisq́; precibus eorum, qui Commentationes in Pſalmos, quod ipſe nimis difficiles exiſtimabat, poſtulabant, non niſi ægre morem geſſit: contra videmus aliquando nolle ipſum Pſalmis, quos in manibus habebat, relictis, ad alia calamum transferre; eò quod quæ multis eſſent conducibilia, eadem putaret ſemper anteponenda. *Magis urgent*, inquit, *quæ pluribus utilia fore ſperamus.* Cùm primum ad illud opus aggreſſus eſt Auguſtinus, quemadmodum ipſius conſilium non erat Davidicum omne Pſalterium commentari, ita rationem ordinis haud magnopere habendam exiſtimavit. Et quidem epiſtolæ ad Paulinum anno circiter 414. ſcriptæ locus ille, quo ſtrictiorem Pſalmi decimi ſexti enarrationem dudum abs ſe factam teſtatur, *recenſui*, inquiens, *breviſſimam quandam ejusdem Pſalmi expoſitionem*, quam jam olim dictaveram, eò cogitationem noſtram impellit, utrum eandem illam expoſitionem, tum omnes alias eadem brevitate ac ſtilo concinnatas, totius operis primas exiiſſe arbitremur. Statuerat etiam Graduales, quos vocant, Pſalmos ex ordine enucleare, quod in centeſimum vigeſimum ſecundum diſſerens ſignificat his verbis, *Adſcendentis Cantica ex ordine cum ſanctitate veſtrâ conſideranda ſuſcepi.* Similiter in centeſimum vigeſimum quintum ac centeſimum trigeſimum primum dicit ita ſe ad Pſalmos illos veniſſe, ut cujusque ordo poſtulabat: cùm tamen vigeſimum ſextum in feſto B. Criſpinæ, cujus agonem nonis De-

cembris referunt Martyrologia, Pſalmum verò trigeſimum ſeptimum in die natali S. Felicis, cujus martyrium nonis Novembris renuntiatur, expoſuerit. Sed in reliquis omnibus eum ordini non fuiſſe addictum, varii loci planum faciunt. Exempli cauſâ, in Pſalmum ſexageſimum ſextum explanationes centeſimi ſecundi & centeſimi tertii citat, in centeſimum ſecundum enarrationem centeſimi tertii, quam etiam in exponendo octogeſimum quodammodo videtur indicare. In epiſtola ad Evodium data exeunte A. 415. tradit, proxime dictatas à ſe Pſalmorum ſexageſimi ſeptimi, ſeptuageſimi primi & ſeptuageſimi ſeptimi enarrationes fuiſſe; nolle verò ſe ſuum in reliquos Pſalmos, quos nec dum explicaverat, laborem interpelli: unde colligas, tunc non bene multos ſuperfuiſſe, quos tractaret. Loca, tempora, caſus, perſonæ, ſæpius enarrandum Pſalmum ei ſuggerebant. Debemus trigeſimi quarti & centeſimi trigeſimi noni Commentationes imperio vel precibus Epiſcoporum, quos tunc temporis conventum aliquem habuiſſe conjicere eſt. Idem puta de Commentatione in trigeſimum ſextum, quemadmodum in exordio ſermonis ſecundi ſuper eodem Pſalmo ipſe narrat. Quinquageſimum ſecundum *fratris* alicujus forſitan epiſcopi impulſu, ſe tractandum ſuſcepiſſe teſtatur. Nonageſimum quartum populo expoſuit *Patris*, ut ait, juſſis obſecuturus, nimirum vel Aurelii Carthaginienſis, vel ſenis Valerii, quem in epiſcopatu Auguſtinus excepit. De Pſalmo centeſimo tertio idem ſimiliter declaratur in ſecundo prolixiorum horumce quatuor ſermonum,

num, quibus Carthagine vir ſanctus memoratum Pſalmum ediſſerit. Propoſitum ſibi à viro quodam magnæ Auctoritatis, quem ſuum quoque Patrem vocitat, Pſalmum octogeſimum ſextum excuſſit ex tempore. Quin etiam videtur in quinquageſimum primum verba feciſſe, non ante meditatus, quæ diceret: cùm ibi vereri ſe teſtetur, ut id tantâ accuratione præſtet, quantam exigit oratio, non attentè ſolùm auditorum auribus, ſed ſcriptorum quoque calamo, ut publici juris fiat, excipienda. *Quandoquidem*, inquit, *placuit fratribus, non tantùm aure & corde, ſed & ſtilo excipienda, quæ dicimus, ut non auditorem tantum, ſed & lectorem etiam cogitare debeamus.* Pſalmo centeſimo trigeſimo octavo alterius, brevioris vice, quem Auguſtinus paraverat, ac de more ante expoſitionem legi juſſerat, recitato; caſum hunc ille in argumentum divinæ voluntatis traxit, atq; ex tempore eundem illum Pſalmum explanavit. Diebus Dominicæ paſſioni ſacris Pſalmi vigeſimi primi, quod is eidem myſterio conveniret, pronuntiavit fuſiorem explanationem; ſicut & Pſalmi centeſimi feſtis Paſchalibus, queis ob inſcriptionem Halleluja congruit. Operæ non eſt, alios Pſalmos, quos natâ occaſione tot variis ſolemnitatibus ac locis, Hippone-regio, Carthagine, Uticæ atque alibi fuit interpretatus, hic adnotare: ſatis enim eſt, quod ea ſuo quæque loco in limine earundem enarrationum indicamus. Addimus hoc unum, coronidem operi ſuo ſanctum Antiſtitem poſuiſſe expoſito centeſimo decimo octa-

vo Pſalmo prout in ejusdem prologo ſignificat, &c.

Fuêre igitur hi ſermones triginta duo in Pſalmum centeſimum-decimum octavum populi quidem cauſâ lucubrati, ſed nequaqam ab Auguſtino pronuntiati. Et hoc ipſum fortè ſignificatum voluit Poſſidius, cum poſt enumeratas expoſitiones, quas ſolummodo vir ſanctus dictavit, ita ſubdit: *Reliqui omnes* Pſalmi, *excepto centeſimo decimo octavo, in populo diſputati ſunt.* Pſalmorum autem è ſacro ſuggeſtu habitorum numerus alios longè ſuperat. Quæ res facilè videri poſſet inde contigiſſe, quod magnus Præſul tot ac tam variis Eccleſiæ curis diſtrictus, vix aliud tempus nanciſceretur, quod iſti labori impenderet; ſed ex iis, quæ ſupra retulimus ex Pſalmi centeſimi decimi octavi enarratione, manifeſtum eſt, hancce methodum explicandæ Scripturæ magis illi probatam fuiſſe propter populum, qui ſolâ hac viâ divinarum literarum ſenſum in concionibus Eccleſiaſticis doceri poterat. In illis porrò ad plebem Tractatibus, obſervationes quædam inſeruntur, ac certæ Pſalmorum ſententiæ in ſchiſmata, in errores ac in vitia temporum iſtorum torquentur, quibus eorum lectio multò jucundior evadit. Illic etiam locus ex Evangelio, Actibus atque Epiſtolis Apoſtolorum maximè inſignes reperias, quos idcirco ſanctus Doctor unà cum Pſalmo enucleavit, quia eodem die recitati fuerant in Eccleſiâ. Denique occurrunt adhortationes vehementes, quæ

quæ perſuadeant; elocutiones inflammatæ, quæ abripiant; figuræ tot flammis atque ignibus, ſi fas ita loqui, gravidæ, ut in eas oculos conjicere vix quisquam poſſit, quin incendatur eodem ardore, quem experiri ſe teſtabantur ii, qui dicebant, *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in viâ, & aperiret nobis Scripturas?* Id expertus eſt Beatus Fulgentius, cum tractatum in Pſalmum trigeſimum ſextum legeret, cujus exordium è conſideratione diei extremi judicii ideo ſumitur; quod eo die caput 24. Matthæi fuerat recitatum. Hic ſiquidem, ut in ejus vitâ *Ferrandus* Auctor eſt, cum apud animum ſuum jam decreviſſet mundo nuntium remittere, *Beati Auguſtini exponentis trigeſimum ſextum Pſalmum diſputatione commonitus, publicare ſuum ſtatuit votum, mutare geſtiens habitum.* Quod verò ad plebem, cujus aures implebant ſermones illi Paſtoris ſui fervore incitati, & quaſi animati haud ægrè adducimur, ut credamus eam frequenter illis motibus raptam fuiſſe, quos nonnunquam ſuis plauſibus ſignificat: cujus quidem plebis aviditati referendæ ſunt acceptæ tot egregiæ ad mores informandos digreſſiones, in quas ſanctus Præſul opportunitatem nactus divertitur, quemadmodum in ſuo prologo ad Pſalmos notat Caſſiodorus. *Cùm nimis avidos populos, inquit, eccleſiaſticis dapibus explere cupit, neceſſario fluenta tam magnæ prædicationis emanavit.*

Idem auctor eodem loco totum hoc Auguſtini Com-

Commentarium in decadas fuisse distributum innuit hisce verbis : Quæ ille, inquit, *in decadas quindecim mirabiliter explicavit.* Cujus partitionis vestigium nullum in manuscriptis reperimus, exceptis tribus, uno Jolyano Ecclesiæ Parisiensis, qui in fronte præfert : Incipit liber decada Domini Augustini à Psalmo I. Beatus vir, usque L. I. & duobus Colbertinis, quorum alter enarrationi Psalmi quadragesimi hæc subdit, *Beati Aurelii Augustini Episcopi finit decada de libro primo.* Alter verò compendium totius operis complectens, versus quosdam in capite voluminis exhibet, qui cum præfationibus ac elogiis infra edendis locum habeant, non indignos. In his autem isthuc pertinet hic versus : *Ter quinis decadis grande peregit opus.*

Veruntamen cum Possidius distributionis ejusmodi non meminerit, eam Augustini tempore vel jussu factum credibile non est. Atque idem forte hic acciderit, quod T. Livii libro, *quem,* ut *Petrarcha* epistolâ ad Johannem Boccacium observat, *in partes, quas decades vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium scidit ignavia.*

Veniamus jam ad præcipuum caput, regulas videlicet, quas in interpretando servavit Augustinus. Multa hîc essent observatu necessaria, nisi hoc argumentum ipsemet Beatus Doctor in libris de Doctrinâ Christianâ pertractasset. Primò fidem, quod ad literam spectat, ut eam integram quidem, atque illibatam habeat, quæ præcepta illic tradit, ea pro suâ virili hoc in Commentario sequitur.

Latinas

Latinas editiones inter ſe componit, exemplaria Græca conſulit, colligit varias lectiones, undenam irrepſerit diverſitas, ex interpretum vitio, an è textus Græci ambiguitate inveſtigat; ejus denique illa ſedulitas. quâ tot locos tam anxie diſcuſſit, huc eum impulit, ut Pſalterium multoties ad idioma Hellenicum recenſeret caſtigaretque. Hoc intelligas licet ex ejusdem ad Audacem epiſtola, ubi cum dixiſſet, Pſalterium á Beato Hieronymo ex Hebræo ſermone converſum non habere ſe, proſequitur in hunc modum: *Nos autem non interpretati ſumus, ſed codicum Latinorum nonnullas mendoſitates ex Græcis exemplaribus emendamus. Unde fortaſſis fecerimus aliquid commodius quam erat, non tamen tale, quale eſſe debebat. Nam etiam nunc, quæ fortè nos tunc præterierunt, ſi legentes moverint, collatis codicibus emendamus.* Primus literæ ſenſus interdum nihil continet, niſi ſimplicis ac ſpiritualis: at idem ſæpius relatus & figuratus eſt. Tuncque verè affirmare poſſumus, quod eſt dictio ſignificationi ſuæ comparata, id literalem ſenſum eſſe cum ſpirituali comparatum: & quemadmodum fieri non poteſt, ut ad ſenſum illum ſpiritualem perveniamus, niſi prius literalem probè perſpectum habuerimus, ita literalis ſupervacaneam forte cognitionem, ſi ſpiritualem aſſequi negligamus. Hoc fuit in cauſâ, cur ſanctus Præſul ſenſu literali, quoties eum ſatis per ſe apertum cognitumque exiſtimavit, omiſſo, rectâ in ſpiritualem tenderet. Quod quidem ei non ſolum uſu venit in ſermonibus ad populum habitis, in quibus

quibus ejus potiſſimum profectui ſervire cogebatur; verum etiam in expoſitionibus, quas in quosdam Pſalmorum dictavit, ubi ex animi voluntate ſtilo indulgere ipſi fas erat. Cùm verò in ſanctæ ſcripturæ vocibus ſpirituales ſenſus lateant plurimi, qui omnes peræq; veri videri poſſint, haud ſemper contentus fuit unicum expromere. Ad tertium uſque eruit è Pſalmo tertio, quem primò quidem Chriſto Domino in propriâ ſuâ perſonâ conſiderato, mox eidem cum Eccleſiâ, qua cum ille unum quaſi corpus efficit, conjuncto; denique fidelium ſingulis accommodat. Interdum verò quarti-decimi Pſalmi verſum expoſito primo ſenſu pulcrè ſciteq; ſubdit: *Iſte ſimplex intellectus cui ſufficit, ſufficiat, ſed nonnulla verba ſcripturarum obſcuritate ſua hoc profuerunt, quod multas intelligentias pepererunt. Itaque hoc ſi planum eſſet, unum aliquid audiretis, quia vero obſcure dictum eſt, multa audituri eſtis.* Regulas in habendo variorum ſenſuum, qui animo occurrunt, delectu, ſequitur errori minimè obnoxias. Enimverò præterquam quod rationem, ut dicebamus, longè maximam habet literæ, cui quidem ante omnia ſenſus ad amuſſim quadret, neceſſe eſt; ſemper ob oculos ſibi caritatem conſtituendam ponit, quam ſcripturæ totius finem eſſe docet in Pſalmum centeſimum quadrageſimum: *Quidquid ſalubriter*, inquit, *mente concipitur, quicquid ore profertur, vel de qualibet paginâ exſculpitur, non habet finem, niſi caritatem.* Quam doctrinam ſumſerat cùm ex Evangelio, ubi gene-

neraliter à Christo pronuntiatur illud effatum, *in his duobus mandatis universa lex pendet & Propheta:* tum ex Apostolo, quo judice primæ ad Timotheum capite primo, *finis præcepti est caritas.* Hujus Regulæ beneficio sensus Christianis moribus parum congruos, quos nonnulli Psalmorum loci objicere animo possent, procul amandat: verba quæ ab ulciscendi libidine proficisci atq; improbis exitium imprecari videantur, docet nihil aliud esse, quam malorum, quibus illi, nisi corrigantur, obruendi sunt, prophetias ac prædictiones: Davidis vota adversus inimicos suos meliorem in partem accipienda, ibiq; preces quibus viri sancti peccatores Deo commendant, intelligendas: locutiones illas, queis adversarios suos confundi, cadere, prosterni petit, obscura quadam ratione peccatorum conversionem ac pœnitentiam indicare: si quando hostes vincere aut ab eisdem liberari cupiat, revera orationes esse, ne in tentationibus succumbat: deniq; per inimicos Davidis, non dæmones tantùm aut peccatores, sed & vitia atq; animi affectus, quibus continuò in via salutis impugnamur, designari.

Hac eadem regula adducitur, ut petitiones promissionesq; Psalmorum, quæ ad apices expositæ nonnisi temporalia bona significant, æternis accomodet: quæ de exteriori virtutum exercitio præcipiuntur, ad interiorem pietatem transferat, demum ubicunq; templi, elevationis oculorum, clamoris, cantici novi, laudis mentio fit, nos inde ad mentis & cordis affectiones ac motus,

ad

ad vitam novam, nec non ad operum, quæ Deus in suam gloriam cedere jubet, sanctitatem traducat.

Ut expeditiorem nobis aditum ad sensus illos insinuandæ pietati adeo conducibiles pararet, viam non potuit inire majoris compendii, quam si loquentem Davidis ore Dominum Jesum induceret, prout illi cùm veterum usus, tum vel maxime quorundam locorum è Psalmis in novo Testamento facta interpretatio inscribebant. Tertullianus in libro adversus Praxeam scribit: *Sed & omnes aene Psalmi Christi personam sustinent, Filium ad Patrem, id est, Christum ad Deum verba facientem repræsentant.* Hieronymns epistolâ ad Paulinum: *David Simonides noster, Pindarus & Alcæus. Flaccus quoq;, Catullus, atq; Serenus Christum lyrâ personat.* Hilarius verò in Prologo suo ad Psalmos id ipsum multis prosequitur, ibiq; contendit Psalmos universos *allegoricis & typicis contextos esse virtutibus*, quæ ad Christnm pertineant; ejus Adventum, Incarnationem, Passionem, Resurrectionem deniq; ac Judicium, materiam omnem sacris hisce Canticis suppeditare; eorundem mysteriorum fidem *clavis* cujusdam veluti vice fungi, sine cujus opera accessus ad Psalmorum intelligentiam sit interclusus. Id similiter Augustinus in illis explicandis nunquam non inculcat, ut etiam ipse necessum habeat repetitiones suas interdum excusare, hujus regulæ utilitatem, nec non illius probè intelligendæ necessitatem in medium proferens. Ejus rei argumenta

menta producit ê ſacris codicibus petita: quale eſt, verbi gratiâ, illud Chriſti pronunciatum, *Neceſſe eſt impleri omnia: quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis & Prophetis, & Pſalmis de me.* Repetit frequentius, Davidem Chriſti ex ipſius ſemine naſcituri figuram gerere, ipſius nomen ſignificatione ſua Chriſtum deſignare, ſub quo etiam nomine hunc â multis Prophetarum annuntiatum conſtat; non pauca eſſe, quæ Davidi aptari nequeant: quod ipſum jam antè plurimi ſcriptores doctiſſimi animadverterant, maximè in Pſalmos ſeptuageſimum & octogeſimum-octavum; atq; adeo ipſemet Apoſtolorum Princeps in Actuum C. II. 25. ubi locum unum è Pſalmo quinto-decimo refert. Obſervat tandem Chriſtum è cruce pendentem ipſis Pſalmorum vocibus uſum, quaſi illud nos docere voluiſſet, eosdem cauſâ ſuâ fuiſſe ſcriptos. Verum cum non pauca, quæ ab ipſius ſanctitate abhorreant, ibi legantur, monet ſubinde beatus Doctor, ne Chriſtum tanquam ſeparatum â membris ſuis, hoc eſt Chriſtianis, conſideremus, ſed tanquam univerſo Eccleſiæ corpori, cujus caput eſt, vinculo nunquam diſſolvendo conjunctum: unde fit, ut infirmitates noſtras, mala atq; peccata ſibi adſcribat; quemadmodum in Pſalmo vigeſimo-primo, cujus verbis in paſſione ſua loquitur, advertimus.

Vias Auguſtino mire ingenioſas, quibus Chriſtum ſub variis rationibus, in Pſalmis adumbratum deprehenderet detegeretq;, ejusdem Chriſti caritas ſuggerebat. Non tamen iverimus infi-

ficias, quin Veteres, â quibus excussum jam fuerat idem argumentum, plurimos ac præclaros sensus, qui sub figurarum involucris latebant, in lucem extulissent. At si hujus illorumque Commentationes inter se conferantur, tum intelligetur, eum sæpissimè vel majorem lucem afferre iisdem mysteriis, vel etiam nova, quæ illi quanquam non diversam methodum secuti prætermiserant, evolvere. Neque verò Hieronymum in Epistolâ suâ 92. quæ inter Augustinianas 72. numeratur, aliud sibi voluisse crediderimus, ubi postquam testatus est, si dixerit non defuturos fortè, qui libris ejus notam illinant censoriam, cum ipsum quoque Evangelium impio perditorum dente mordeatur, illud non eò se dixisse, *quod in operibus tuis*, inquit, *quædam reprehendenda jam censeam:* subjungit de Commentariis ejus in Psalmos, esse nonnullos apud se, (erant ii forsitan breviores tractatus super primis triginta duobus Psalmis diu ante annum 414. ut jam observatum nobis est, compositi, imò etiam fortassis ante 404. quo circiter anno scripta fuit eadem illa epistola:) *quos*, pergit Hieronymus, *si vellem discutere, non dicam, à me, qui nihil sum, sed à veterum Græcorum interpretationibus docerem discrepare.* Quidam recentior asserit hoc loco Hieronymum improbare eam rationem, qua Augustinus, relicta aliorum Patrum methodo, Psalmos est interpretatus. At Hieronymus epistolâ suâ 75, inter Augustinianas, non multò post superiorem datâ, ipse commodius explicat: satis quippe innuit, non aliò

spectasse

ſpectaſſe memorata verba, quàm ut Auguſtinianum argumentum, quo poſt ſeptuaginta Interpretum verſionem, ea, quam ediderat, inutilis eſſe arguebatur, dilueret. Igitur propoſitum dilemma retorquet in hunc modum; *Reſpondeat mihi prudentia tua, quare tu poſt tantos & tales interpretes in explanatione Pſalmorum diverſa ſenſeris? Si enim obſcuri ſunt Pſalmi, te quoque in eis falli potuiſſe credendum eſt: ſi manifeſti, illos in eis falli potuiſſe non creditur: ac per hoc utroque modo ſuperflua erit interpretatio tua: & hâc lege poſt priores nemo loqui audebit, & quodcunque alius occupaverit, alius de eo ſcribendi non habebit licentiam.* Et certè in neutrâ Epiſtolarum de conſuetâ ratione exponendi Pſalmos, ne verbum quidem. Quod ſi laborem Auguſtini ad examen revocare Hieronymo licuiſſet, huic ſine dubio occurriſſent ii ſenſus, quos apud antiquiores non reperiſſet: nequaquam verò alia methodus; quando eidem adhæſit ſanctus Antiſtes, quam Hilarius, Ambroſius, & ceteri, quos laudat Hieronymus, erant ſecuti. Sin agitur de modo ſermonis divini allegoricè ac moraliter ediſſerendi, quis poteſt eum univerſum vituperare; cùm eodem & ceteri Patres cum Auguſtino & ipſemet Hieronymus non raro uſus fuerit, ſecundum Apoſtolorum exemplum atque doctrinam? teſtis eſt Beatus Paulus, quæcunque in veteri Teſtamento geſta memorantur, ea figuras eſſe, fuiſſeque, ad noſtram inſtitutionem ſcripta: atqui illa facta pleraque in Pſalmis materiam ſuppeditant, ipſique adeo Pſalmi metapho-

rarum, ænigmatum, nec non Propheticarum deſcriptionum pleni ſunt: ac proinde qui nos intra ſimplicis literæ anguſtias coërcere vellet, is quidem nos deprimeret ad conditionem Judæorum, quos ſuæ ipſorum cæcitati Deus permiſit, *ut videntes non videant.*

Atque hæc à nobis dicta ſint, ut generatim Auguſtini methodum defendamus, tametſi noſtri conſilii non ſit extorquere ab omnibus, ut vel leviſſimas ejusdem alluſiones eâdem, qua nos ipſi, veneratione proſequantur: ſatis erit, ſi non indignas materiâ, quæ tractatur, æqui rerum æſtimatores judicent. Imò verò ſi temporis ingenio ſervire, ac ſe plebis captui accommodare non noviſſet beatus Præſul, ab eâ ratione agendi deſciviſſet, quam ipſemet Deus adhibet in ſacris literis; ubi ſpiritus ſanctus humani ſermonis morem uſurpat, humillimas quasque dicendi formas non repudians; ubi etiam, quo veritates ad ſalutem neceſſarias hominibus inſtillet, hiſtoricam varietatem ac poëticam amœnitatem cum inſtrumentorum muſicorum ſuavitate Pſalmorumque cantu conjungit. Patiamur itaque Auguſtinum allegoriis atque aliis obſervationibus uti, quibus non imparem arbitratur populum ſuum; & hæc noſtra cura ſit, admirabilibus præceptis, quæ inde capta occaſione eidem tradit, adhæreſcere: quod ipſum ſimiliter obſervare nos conveniet, ſi quando non nihil à verâ ſignificatione deflectentem, optima tamen præcipere, atque ad pietatem maximè accommoda reperiemus.

Jn

In den folgenden handeln sie von den alten Versionibus, doch also / daß sie der vulgatæ ihr vermeintes Vorrecht allzuhoch treiben.

Bald darauf folgen diese elogia: e. g.

Caſſiodor. Senatoris in prologo ad ſuum Commentarium in Pſalmos, wie wir bald unter Caſſiodori Nahmen den Innhalt vernehmen werden.

Verſus ad Epitomen Commentariorum Auguſtini in Pſalmos, contentam in vetere codice Colbertino, cui codici propylæum, cameræ formâ, ad Davidis complectendam imaginem appictum conſpicitur, & inſcriptum his ad fornicem verbis: *Landulfus ovans hunc libellum fieri juſſit, pro quo funde preces carmina qui legis* &c. At verò ad imaginis pedes: *Orate pro Annone, hoc ſupplico.*

Cantica Davidico Chriſtum modulantia plectro,
 Explanata tenet floridus iſte liber;
Maxima ſuccinctis reſerans myſteria verbis,
 Et profluos ſenſus ſub brevitate loquens.
Hunc *Auguſtinus*, toto venerabilis orbe,
 Egregius Præſul, Doctor Apoſtolicus,
In populis largo diffundens flumine linguæ,
 Ter quinis decadis grande peregit opus,
Dum cupit & tenues rerũ comprêndere formas,
 Et mentem plebis voce movere pia:
Sed quia rem miram atq; omni ratione ſalubrem,
 Non omnes avido cordis amore petunt;
Immo etiam plures cenſu ſenſuque minores,
 Haudquaquam tantas quimus habere gazas:

Uno cuncta ſimul libuit perſtringere libro,
Et modicas undas ſumere de pelago;
Sæpius ut breviter poſſit res tanta revolvi,
Nec nimio ſumptu ſive labore gravet:
Hunc igitur, *Lector*, ſenſu percurre ſagaci,
Et cape ſidereum nectar ab ore ſacro.
Quod recreat mentes, quod mores format & ornat;
Unde trahunt vires ſpes, amor atque fides.
Nam Deus hîc clemens reverendæ præſidet arcæ,
Quæ duplici tabula jura ſuperna tenet:
Auſteram virgam mannæ dulcedine ſedans,
Propitioque ſuper numine cuncta tegens:
Atque duos inter Cherubinos voce tremenda
Intonat, & rapidi fulguris igne micat.

Franciſcus Petrarcha, *Joh. Boccacio*, *de Auguſtini in Pſalmos opere ſibi transmiſſo.*

Beaſti me munere magnifico & inſigni. Jam Davidicum pelagus ſecurior navigabo: vitabo ſcopulos; neque verborum fluctibus, neque fractarum ſententiarum colliſione terrebor. Solebam ipſis meis viribus in altum niti, & nunc altiùs brachia jactando, nunc aſſere fortuitò ſubnixus, per obſtantes fluctus feſſo ingenio laborare: ita quidem ut ſæpe cum Petro mergi incipiens exclamarem, *Domine ſalvum me fac*: & ſæpe cum Chriſto manum ſupplicibus porrigente conſurgerem. Hos inter æſtus, puppim tu mihi prævalidam & nauclerum induſtrium deſtinaſti, divini ingenii *Auguſtinum*: cujus opus immen-

immenſum, quod vulgo tres in partes, apud quosdam plurifariam diviſum, multis & magnis voluminibus continetur, totum uno volumine comprehenſum, & â te mihi transmiſſum lætus ſtupensque ſuſcepi. Et dixi mecum, Non eſt inertiæ locus: ſi quid otii ſupererit, iſte diſcutiet. Magnus adeſt hoſpes & magno curandus impendio. Dormire totis noctibus non ſinet. Fruſtra jacetis adhuc conjunctis oculis: vigilandum eſt, lucubrandum eſt. Fruſtra quietem meditamini, laborandum eſt. Verum dicam: Nemo ex amicis illum ſine admiratione reſpexit, cunctis una voce teſtantibus, nunquam ſe librum tanti corporis vidiſſe. Quod de me ipſe profiteor, rerum talium haud ultimus inquiſitor: nec mole literarum, quam ſenſuum ubertate, majus opus. Monſtrum eſt cogitare, quantus ille vir ingenio, quantus ſtudio fuit; unde ille fervor impetuſque ſcribendi ſancto Viro, illa rerum divinarum notitia terrenis diu illecebris capto, illa demum laborum patientia ſeni, illud otium Epiſcopo, illa Romani eloquii facultas Afro homini; de quo propriè dictum putes, quod ipſe de Marco Varrone dixit, Terentianum ſecutus: *Vir*, inquit, *doctiſſimus undecunque Varro, qui tam multa legit, ut aliquid ei ſcribere vacaviſſe miremur; & tam multa ſcripſit, quam multa vix quemquam legere poſſe credamus.* Sed ut alia omittam ejusdem ingenii monumenta, ſeu, quæ multa ſunt mihi, ſeu quibus adhuc careo; & rurſum, ſeu, quæ Retractationum ſuarum libris ipſe idem commemorat, ſeu, quæ ibi vel oblita for-

tè, vel neglecta, vel nondum ſcripta præteriit, atque omnia relegendum vita humana vix ſufficit: quis eum, ſi nihil aliud egiſſet, unum hoc ſcribere potuiſſe non ſtupeat? Nullum unum & unius opus hominis Latinis editum litteris, huic magnitudini conferendum ſcio, niſi forte ſit alter ejusdem liber in Epiſtolas Pauli, quod, niſi fallit exiſtimatio fruſtraturque memoria, prope ad eandem literarum congeriem videtur accedere; vel Titi Livii Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades vocant, non ipſe, qui ſcripſit, ſed faſtidioſa legentium ſcidit ignavia. Huic tali amicitiæ tuæ dono, præter eam, quam loquor magnitudinem, & libri decor, & vetuſtioris literæ majeſtas, & omnis ſobrius accedit ornatus; ut cum oculos ibi figere cœperim, ſiticuloſæ hirudinis in morem nequeam niſi plenos avellere. Ita mihi ſæpe dies impranſus præterlabitur, nox inſomnis: in quo quidem delectationi meæ, quam jam ferè unicam, nec niſi ex literarum lectione percipio, quantum huc tua liberalitate ſit additum, non facile vulgus exiſtimet, cui extra corporeos ſenſus nulla voluptas eſt: tu verò perfacile; neque mirabere libri hujus adventum me ſitienter atque anxiè expectaſſe. Scis ut cupiditati longa brevitas, feſtinatio tarda eſt. Quod ſi apud Naſonem amantis inſani verbum eſt, *Septima nox agitur, ſpacium mihi longius anno:* quod mihi viſum putas, cui inter expectandum (ut ex perſona alterius ait idem) *Luna quater latuit,*

latuit, toto quater orbe recrevit? Sole honesta cupientium flamma serenior est, non segnior. Consulto autem actum rear, non quidem abs te, qui in mittendo multam sollicitudinem habuisti; sed ad formam potius, ut ipsa dilatio desiderio meo calcar munerique tuo gratiam cumularet. Pro quo tibi grates meritas agendi ne forte putes, quod hujus epistolæ contextus, aut dies unus modum statuat; non alium scio quàm legendi vivendique finem fore. Vale nostri memor.

Ex Præfat. cujusd. recentioris in Comment. August. quos scripsit in Psalmos.

Quia liber Psalmorum tot & tam profundis mysteriis plenus est, ut à nemine sine revelatione vel docto interprete possit intelligi; eâ de re magnus ille Doctor Augustinus noster, devotissimus Dei cultor, animarumque salutis Zelator ardentissimus, illius explanationi vigilanti studio insudavit, clausa quæque reserans, abscondita revelans, mysteria pandens, obscura dilucidans, dubia definiens, vitia detestans, virtutes extollens, supplicia comminans, præmia promittens, pusillanimes confortans, præsumentes deterrens, perseverantes coronans; ita ut nemo, qui diligenter legerit, absque fructu discedat. Huic igitur operi studium impendant, illud frequenter legant, illius sensum teneant omnes, qui in sortem Domini, ut illum debita servitute laudent & glorificent, electi sunt.

Seine Commentarii über die Psalmen haben lauter Moralia und Allegorien ausser dem / daß sie mit unzehligen / unnöthigen Digressionibus und unnützen argutien angefüllet seynd. Er hätte den Text freylich besser angreiffen sollen. Indessen billige ich doch nicht des Capellani Verwegenheit / daß er geurtheilet / Augustinus habe nur in diesen und andern Commentariis geträumet / weil er der Sprachen nicht kundig gewesen. Er hätte bescheidener sagen können / daß es diesem guten Interpreti an genugsamen Gaben dazu gemangelt habe. Denn die Unwissenheit in denen Sprachen war freylich eine Hinderung an der Erkäntnüß der Wahrheit / weil man die Sachen ohne die Worte nicht verstehen kan. **Rühl** in Ubersetzung **Simons** Crit. S. p. 31.

Unter den MSC. *Guil. Laudi* ist auch eine expositio Augustini super Psalmos in fol. zufinden. Vid. *Bernardi* MSC. Angliæ P. I. p. 60. n. 895. 896. p. 63. n. 1018. 1019. p. 70. n. 1314. item p. 74. n. 1548. à Ps. 119. usque ad finem Psalterii n. 1551. usque ad Ps. 100. in fol. n. 1565. à Psalm. CX. usque ad Ps. CXXXIII. item in *Thom. Bodleji* ib. p. 96. n. 1925. à Psalm. 119. ad finem. p. seq. n. 1935. centesimo primo ad finem. Princ. Ecce unus pauper orat, & non orat in silentio, licet ergò audire eum. p. ead. n. 1937. Augustinus in Psalmos à centesimo ad finem usque n. 1940. Ej. expositio super Psalmos incipiens à 51. & desinens in Centesimo n. seq. à 101.

101. usque ad finem. p. 106. n. 2047. in primam quinquagenam ibid. n. 2049. à 51. ad 100. p. 113. n. 2159. Augustini expositio in Psalmos aliquot, versibus gallicis p. 147. n. 2738. 2741. p. 171. n. 3568. seq. Cod. Ven. antiquitatis P. II. in Collegio Balionensi p. 7. n. 210. und andern Orten mehr.

In Biblioth. PP. Ordinis Eremit. zu Padua ist Augustinus in Psalmos 4. M. gleichfalls anzutreffen. Vid. *Tomasinum* mox citandum p. 71.

Daß Augustinus über den Psalter aus Unwissenheit der Hebräischen Sprache so manchmal des rechten Weges verfehlet / hat D. *Olearius*, im Hauptschlüssel p. 41. P. I. der Bibl. Erklärung gleichfals erinnert.

Ad p. 321. lin. 25. in der Bibliothec des Closters S. Justinæ zu Padua ist dieser Autor in MSC. unter folgenden Titul zu finden: Lectura super Psalterium composita per Fr. *Michaelem de Aygratis* de Bononia S. T. D. ordinis Fratrum S. Dei Genetricis Mariæ in monte Carmeli. In calce legitur: Explicit tabula primæ partis lecturæ Psalterii compilatæ per Venerabilem Doctorem, ut supra, die Veneris post festum Corporis Domini nostri Jesu Christi Anno 1461. f. ch. Vid. *J. Phil. Tomasini* Biblioth. Patav. MSC. p. 46. In der Fürstlichen Gothischen Bibliothec sind die ersten XX. Psalmen in MSC. zu finden vid. D. *Cypriani* Catal. hujus Bibl. p. 46.

Pag. 324. lin. 14. *lege*: S. Synaxi? lit. A. 3. nennet 2c. p. 327. lin. 1. faciet, prosperabitur p. 332. lin. 1. Kafvenaki.

Ad

Ad p. 332. sub finem. Bey dieser Gelegenheit will Herrn Crenii observation aus einen mir communicirten Brief inseriren: Thomæ ITTIGIO, D. & Professori Theologo præclaram famam habenti, Pastori ad D. Nicol. & Diœces. Lipsiens. Superintendenti reverendo maximè & amplissimo, Th. Crenius S.P.D. Rogatus ut in eruditissimorum Tuorum scriptorum lectione pergerem, Tibi dicto audiens esse volui. Legenti mihi c. X. §. I. p. 658. de Bibliothecis Patrum Venetis, titulum Catenæ Danielis Barbari in L. Psalmos Davidis, & hæc Tua verba: *Promisit Barbarus etiam Catenam in reliquos Psalmos, sed, quantum scio, promissa non servavit:* venit in mentem olim è Joan. Lorini c. XVI. extr. p. m. 15. b. Præfationis in Psalmos me cognovisse sequentia: *Reliquorum Psalmorum Danielis ejusdem Catenam audio in Aquilejensis Patriarchæ potestate esse, fieriq; posse, ut non ita multò post ad communem utilitatem typis mandetur.* Porrò, quod in defectu indicis auctorum, quibus Barbarus est usus, scriptores quasi XX. enumeras, fecisti aliquid quod operæ pretium sit; etsi plures, XXVI. ut puto, Lorinus ibi habet, in quibus & *Hypathius* est, quem ignoratum Tibi memorat *Conr. Gesnerus* in Bibliothecâ f. 350. b. edita Tiguri M. D. XLV. scribens: *Hypathii cujusdam verba citantur in Epiphanii Episcopi scriptis Latinè impressis Basileæ:* p. 532. quem numerum paginæ cum ipsa pagina Josias Simlerus omisit in editione Bibliothecæ Gesneri Tigurina M D LXXIV. quam ob rem & verba è

ba è priore repetere volui editione, ut locum Epiphanii reperire posses expeditius. Quare in Dissertatione Tua de Scriptoribus Historiæ Ecclesiasticæ recentioribus, b. Joh. Henr. Ursini nostri non omninò spernendam Isagogen Historico-Chronologicam in Historiam sacram & profanam universalem & particularem, neglexeris, conjicere nequeo, cùm liber III. istius Isagoges Francfurti ad Mœnum editæ MDC LXII. in 8. Ecclesiasticus nominetur & Historiæ Ecclesiasticæ Epitome. Est & in mundo Joh. Cunradi Dieterici Breviarium Historicum Giessæ editum MDC LXXIX in 8. B. Dannhaweri Christeidem seculi Historia locupletatam Wandalini junioris operâ è MSC. sive Parentis sive avi jam prodiisse relatum mihi est. Exiit non ita pridem Henrici *Altingii* Theologi Palatini Calviniani Historiæ sacræ & profanæ Compendium cum Joh. Henr. Suiceri Reform. D. Heidelb. Historiæ Ecclesiasticæ Chronologica delineatione, Tiguri editum & continuatum à Joh. Rudolpho Cramero, Linguæ Hebr. & Histor. professore Tigurino, qui hìc cùm ageret, in familiaritatem nostram venit, MDCC VII. in 8. ab illo ipso Cramero muneri nobis missum. Latet adhuc in scrinio Cl. Philippi Theodori Verpoortenii Professoris in Gymnasio Coburgensi Græcæ Linguæ, nostri amici, b. D. Andr. Kesleri Historia Ecclesiastica MSC. usque ad seculum V. à nato Christo publicis prælectionibus proposita, quam & me quondam in Bibliothecâ b. D. Joh. Christoph. Seldii, successoris in officiis

& con-

& conjugio Kesleri Coburgi, cum ibi ſtudiorum cauſâ degerem, vidiſſe & evolviſſe recordor. Sed plura hoc de argumento ſcripſi, quam conſtitueram. Nunc audi, quod pluris eſt, quàm omnia. Concordiæ Formulam Germanico-Latinam ad optima & antiquiſſima conlatam exemplaria à Reineccio jam editam eſſe accepi. Eam, quod mihi, Vir ſumme, receperis olim, Te jam moneo, cùm maximè illâ indigeam. Si ulla res eſt, quam Tibi me petente faciendam putes, hæc ea ſit. Schediaſmatis, à neſcio quo, contra tuam Diſſert. de Hæreſiarchis editi, reſponſiq; Tui, exempla cur nobis invideas, neſcio. Meam ſanè conſuetudinem, etſi Tuâ fortaſſis parum refert, in abſente Te defendendo, eô Tibi pacto præſtare nequeo. Mœbii & Lyſeri Diſputationes animo ſuſpenſo exſpecto, & Te valere jubeo. Lugduni in Batavis. Kalend. Septemb. cIↃ IↃ ccIX.

Quod Barbarus Catenam non continuaverit, dolendum eſt, cum hancce Corderiana in aſſignandis Auctoribus è quibus expoſitiones depromtæ ſunt, longè accuratiorem eſſe moneat Clariſſ. *Montfauconus* notis ad Athanaſium T. I. p. 1007. quanquam de illâ quoque Henricus Savilius notis ad Chryſoſt. T. 8. p. 108. *Latinorum*, inquit, *Codicum Chryſoſtomi fidem ſecutus Daniel Barbarus ea non ſemel attribuit Chryſoſtomo, quæ non ejus ſunt, quæq; ipſe in Catenæ ſuæ Codice Græco MSC. non reperit, id quod confidentius aſſeveramus, quod illius Catenæ penes nos exemplar ſit Græcum MSC. pſeudepigraphis hiſce & adulterinis prorſus carens, cum*

cum tamen cætera ferè consentiant. D. Fabricius *Biblioth.* Græc L. V. cap. 17. p. 741.

Daß *Jul. Bartoloccius* nebst Imbonato den Psalter in publicis lectionibus erkläret / bezeuget jener P. IV. Bibl. Rabb. p. 229.

Psalmi Davidis & aliorum Θεοπνεύστων in textu Originali, cum notis selectissimorum Commentatorum Judaicorum contractorum, & cum nominis notatione ad sensum literalem illustrandum exhibitorum, Bibliorum Hanoviensium Hebraicorum Specimen tertium. In usum Collegiorum Hebraicorum & Rabbinicorum edidit HENR. JAC. von BASHUYSEN, Hanov. SS. Theol. D. hujusque & Philol. Sacræ in Schola Academica Hanov. Prof. Consistorialis & Eccles. Ref. Maj. Pastor Ord. Hanoviæ in Typographia Orientali 1712. Ein mehrers von ihm wird in den General-Comment. berichtet werden.

Ad p. 337. lin. penult) zum Beweiß diene aus den Spanischen Indice *Sotomajoris* (Madrit 1667. in fol.) p. 93. diese augenscheinliche Probe: Basilii Operum Paris. apud Michaelem Sonnium 1603. Notæ marg. & Index corrigendus.

In Hom. in Psalm. 32. pag. 87. colum. I. ante medium, dele marg. *omnia opera* &c. — In Hom. *De humilitate*, ante med. p. 305. columm. 2. in fine, dele marg. *Sola fides*, &c. — In Indice, dele, *Adorare Deum non licet nisi in aula, id est Ecclesia.* — *Fidei solius &c.* — *Omnia opera*, &c.

Ejusdem Sancti Basilii editio Veneta, ad signum

num ſpei, A. 1548. per Janum Cornarium auctorem damnatum, dele in Indice.

Opera etiam juſta, niſi adſit caritas, eſſe iniqua — Item: *adorare Deum non licet niſi*, &c. Item *omnia opera*, ſicut in Editione Pariſienſi — Et prᴂterea in Prᴂfatione adhibe notam damnati auctoris lano Cornario. — Item in Editione Pariſiis, de officina Novelliana, apud Sebaſtianum Cramoyſi 1608. — Ex Indice dele, *Adam condemnatus.*

In ſeinem Commentario in Pſalmos gehet Baſilius mehr auf die Erbauung derer Zuhörer. Am meiſten hält er ſich an den Buchſtaben in der Erklärung des Jeſaiä. Er bekennet / daß man mit der H. Schrifft ſeine gantze Lebens-Zeit zu thun habe / wenn man alles gründlich verſtehen wolle. Im übrigen iſt in ſeinen Commentariis nicht ſoviel Gelehrſamkeit als in ſeinem Hexaëmero, wegen der gröſſern Wichtigkeit der Sache / welches mit vielen Zeugnüſſen der H. Schrifft ausgezieret iſt. Rich. Simon in Hiſt. Critic. V. T. p. 34.

Unter den MSC. *Thom. Bodleji* iſt auch in Catalogo MSC. Angliᴂ *Bernardi* P. I. p. 142. n. 2651. zufinden *Baſilii* M. Scholia in univerſum Pſalmorum librum, ad calcem occurrunt hymni ſeu Pſalmi alii aliquot & preces, grᴂcè &c.

Pag. 340. lin. 10. *lege:* & cœteros, uſque ad centeſimum octavum commentaretur, ejusque factus eſt amanuenſis. Centeſimum verò octavum & reliquos &c.

Ad lin. 17. *Bochius* l. c. 808. citiret den GABRIEL

BRIEL BEBRIAM, wird aber wol *Brebiam* heissen müssen / dessen wir gleichfals P. VIII p. 400. seq. erwehnet.

Ad p. 343. lin. 13. des Bellarmini Methodus in seinen Commentariis in Psalmos, ist nicht zu verwerffen. Erstlich examiniret er den Hebräischen Text / hernach die beyden Versiones. Weil er kein sonderlicher Criticus, und die Sprachen auch nicht allzuwohl inne hatte / so fehlet er zuweilen. Er hat von dem Genebrardo vieles entlehnet / was zur Critica und Grammatica gehöret; Er hatte den Sensum literalem besser auswickeln können / doch scheinet er dieses nicht so sehr geachtet zu haben / weil er auf die Erbauung mit gesehen. *Rich. Simon.* in Hist. Critic. V. T. p. 55.

Lin. ult. Conf. *Joh. Palatii* Aristoc. Eccl. Cardinal. Vol. III. p. 788. seq. p. 345. lin. 2. ambigua.

Ad p. 349. lin. 28. Pabst BENEDICTUS XII. (nicht X. wie *Possevinus* Tom. I. Appar. Sacr. p. 782. vorgibt) hat vorhero *Jacob Furnerius* geheissen. Von dessen Leben und Schrifften Carolus de Visch in Biblioth. Script. ord. Cisterc. p. 35. seq. item 165. einige Nachricht ertheilet. Weil er aber L. J. à S. Carolo recension, weis nicht warum? verstümmlet recensiret / als wollen wir ad ipsum fontem gehen / zumalen wir anders wo vergebens so viel Autores beysammen finden / die von diesen Pabst geschrieben haben: L. I. p. 24. giebt er also in Biblioth. Pontif. diese Nachricht: Benedictus XII. antea Jacobus

cobus *Fornerius*, cognomento, Novelli natione Auxitanus, patria Saverdunensis, diœcesis Tolosonæ, primo Ordinis Carmelitarum, deinde Cistercienſium, Papa 196. Anno 1334. die 20. Decemb. Avenione creatus, & die 3. Januarii coronatus, ſcripſit

De ſtatu animarum ante generale judicium, tom. 2.

Quæſtiones undecim ejusdem argumenti.

Decretum de Sanctorum animabus ſeparatis poſt mortem, clara & intuitiva viſione Deum intuentibus, nec eſſe animarum receptacula usque ad reſurrectionem. Incipit *Benedictus Deus in donis ſuis.* Extat apud Laërtium Cherubinum tom. 1. *Bullarii.*

Contra errores Fratricellorum librum.

Sermones per omnes anni Feſtivitates. Hæc omnia MSS. in Bibliotheca Vaticana aſſervantur.

Commentaria in Pſalmos Davidicos.

De ſtatu Canonicorum lib. 1.

Decretale Religioſorum lib. 1.

De reformatione Benedictinorum conſtitutionis; quæ reperitur cum Commentariis Petri Boërii Narbonenſis, Abbatis S. Aniani, in hanc conſtitutionem, in Bibliotheca Mantuana Benedictinorum. Proſtant in 8. Pariſiis 1519.

Vitam S. Joannis Gualberti Florentini ordinis Vallis Umbroſæ Fundatoris. Extat apud Surium.

Sententias varias ab Hermanno Schedelio, Germano in Chronico Norimbergæ excuſſo, relatas.

Carmina quædam Prophetica.

Extravagantes & conſtitutiones lib. 2. Pariſ. 1517. in 4. & 8. Quædam etiam leguntur *in collectione Romana* 1579. *edita.* Extant MSC. *in Bibliotheca Bodlejana Anglicana*, ut colligo ex librorum Catalogo ejusdem Bibliothecæ impreſſo.

Regiſtrum ejus Epiſtolarum, & Conſtitutionum *in 10. tomos* diviſum habetur MS. in Bibliotheca Vaticana fol. regali. Quarum quædam leguntur apud Thomam Walſinghamum *in Eduardo III. Rege Anglorum* & Lucam Wadingum *tom. 3. Anal. Minorum.*

Moritur Avenione, non ſine ſanctitatis opinione, Anno 1342. die 25. Aprilis: Sepeliturque in Eccleſia Cathedrali S. Mariæ de Donis, in ſepulchro marmoreo. Sedit annos 7. menſes 4. & dies 6. Vacat Sedes dies 11.

Menologium Ciſtercienſe Chryſoſtomi Henrinquez ejus ſanctitatem eodem die commemorat; ſicuti & Martyrologium Benedictinum Arnoldi Wionis & Hugonis Maynardi.

Ejus vitam ſcriptis mandarunt Bernardus Guidonus, Symphorianus Champerius, Maſſonus, Ducheſnius Joſephus Maria Soarezius, Franciſcus Boſquetus, Petrus Frizon *in ſua Gallia purpurata*, Marcus Antonius Alegræus Caſanatus *in Paradiſo Carmelitico*, & alii *de Rom. Pontif. vitis.* Andræas Sauſſayus, Chryſoſtomus Henriquez.

De Benedicti Scriptis Apparatus Sacer *Poſſevini*

vini Bibliotheca, Carmelitana *Petri Lucii*. Nomenclatura Cardinalium *Rupipozæi*. Emanuel Roman *de Ill. Ordinis Carmelitici ſcriptoribus*. Arnoldus Wion *in ligno vitæ*. Jodocus Coccius *in Theſauro*. Latiardus Cœleſtinus *in Epitome univerſalis hiſtor*. Genebrardus *in Chron*. Fabianus Juſtinianus *l. 3. de ſacr. Script*. Andreas Schotus *de Sacr. Script. interpr*. Joannes de Tholouze *in Annal. Victorinis*. Alphonſ. à Caſtro *l. 3. de hæreſ. p. 54*. Nicolaus Sanderus *lib. de Viſib. Monarch*. Joannes D' Aſſigny, Abbas Niſelenſis *de Ill. viris ord. Ciſtercii*. Ferdin. Vghellus *in Notis ad Ciaconium*, & *ib*. Joan. Villanus *l. 11. c. 19*. Joan. Hocſemius *in hiſtor. Leodii*. Eman. Rodericus *in Bullario*. Steph. Quaranta *in ſumma Conſtit. Apoſt*. Ferd. de Caſtro Palao, Legionenſis S. J. *tractat. 4. de fide, diſp. 1. punct. 5. §. 2*. Bibliotheca Geſneriana, Ciaconius *in Benedicto* XII.

Sextus Pontifex è Ciſtercii Familia ad ſummos in Eccleſia honores electus & evectus eſt Benedictus XII. natione Gallus, olim in Seculo dictus *Jacobus Furnerius*. Prius in *Sorbona* Laurum Theologiæ meruit, quam Tiaram Romæ. *Inquiſitor* ſubinde inſtitutus adverſus hæreticam pravitatem inſigni Zelo hæreſes profligavit. In *Frigido Monte* Ordinis Ciſtercienſis cœnobio vocatus ad Infulam Abbatialem, eam non prius depoſuit, quouſq; Purpura Cardinalitia Candidatum eum feciſſet ſummi Pontificatus, quo *Avenione* A. 1334. inauguratus mundum docuit,

quam

quam ſanctis vinculis inter ſe colligari poſſint *Pontificatus* & *Monachatus*: Purpuræ decus exhibuit curiæ ad extra, dum interim nudam carnem ad intra cilicium vexaret. Easdem omninò preces, ad quas olim Monachus per leges Monaſticas fuerat obſtrictus, inter mille curiæ Papalis negotia abq́; ulla remiſſione indies perſolvit. Dignitates nunquam paſſus eſt diſpenſari indignis, aſſerens, malè ornari lutum ac ſordes, & peſſime evehi malos ad ſacras infulas. In pauperes atq́; egenos ſemper liberalior, quam in Nepotes & familiares, quibus aliquando magnas elargitiones ſperantibus divinum hoc oraculum in vicem muneris dedit: Se olim dum adhuc *Jacobus Furnerius* eſſet, habuiſſe procul dubiò, amicos, & Nepotes, at verò modo poſtquam ad cathedram Petri fuiſſet aſſumptus, acceſſione ſupremi muneris amiſiſſe ſe illos, officiiq́; generalitate erga omnes Chriſti fideles Patrem ſe nunc eſſe, neq́; ſingularitate affectus aut ſubſidii audere ſe majora in nepotes, quàm in filios. Funus ejus celebratum eſt inter prodigia A. 1342. cum ſediſſet Annos 7. Menſes 4. dies 6. Ambo Ordinis eximii Hiſtoriographi *Manriquems* & *Henriquems Benedictum* Ciſtercii alumnum, & in *Monte Frigido* Ciſtercienſium in Galliis cœnobio Abbatem pronunciant: Prior quidem ad annum 1147. c. 19. n. 11. poſterior verò *in Menologio ad diem 25. Aprilis, & in Faſcic. Lib. 2. diſt. 4.* c. 1. Et quanquam ſacerrima *Carmelitarum* Religio Benedictum ad ſuas partes & gremium peatrahere ſemel iterumq́; attentaverit,

Henriqueus tamen neutiquam paſſus eſt, Ciſtercienſi Horizonti tàm illuſtre ſidus per æmulos quantumlibet amiciſſimos auferri. Reſpondit namq; adverſariis prolixè & ſolidè tam in *Menologii* quàm *Faſciculi* locis citatis, utrobiq; productis in medium pro *Benedicto Ciſtercienſi*, auctoritatibus non paucis atq; contrariæ partis argumentis egregiè triumphatis. Quod ſi lector Benevolus cupiat ſpectare hæc prælia & victorias, Henriquei *cit. apologias* conſulat, quibus perluſtratis vix poterit aliquid aliud pronunciare, niſi in favorem Ciſtercii. Nuperrimè iterum *Chriſtoph. Otto in ſua Roma Glorioſa* Benedictum è Ciſtercio, non è Carmelo ad Pontificale faſtigium ſublimatum aſſeruit, quaſi jam poſt Chryſoſtomi Apologias & Victorias non auderent Hiſtorici ſine Ciſtercii injuria Benedictum XII. alium dicere, quam Ciſtercienſem.

JOANNES de BERCHT, Dieſtenſis, ad S. Sulpitium in patria Canonicus, poſt Regularis Ord. S. Auguſtini in Viridi valle prope Bruxellam, doctrina & ſanctitate clarus, cuique ſubinde præ interna animi dulcedine inter orandum lacrymæ jugiter madebant; ſcripſit *Commentarios in Evangelium Lucæ.* MSS. ibid. Et in *Pſalmos Davidicos*, ſecutus veſtigia potiſſimum SS. Patrum, Hieronymi, Auguſtini & aliorum, quod *Elucidatorium* inſcripſit. Evulgavit illud, ſuppletis iis, quæ à Pſalmo CXIV. uſque ad Pſal. CXXXII. incluſive deerant, *Marcus Maſtelinus*, ejus-

ejusdem inſtituti Religioſus. Val. *Andreæ* Bibl. Belg. p. 458. *Hendreich* l. c. p. 516.

Ad p. 350. poſt lin. 3. der von *Fab. Juſtiniano* l. c. p. 403. allegirte FRANCISCUS BERNARDUS hat nur einige Carmina in Pſalmos geſchrieben.

P. 353. lin 19. lege *Reuchlinum* p. 364. lin. 8. über die Pſalmen.

Ad p. 383. lin. antep. JOHANNIS BOCHII S. P. Q. Antvverp. à Secretis Pſalmorum Davidis Parodia Heroica. Ejusdem variæ in Pſalmos Obſervationes, Phyſicæ, Ethicæ, Politicæ & Hiſtoricæ. Item Prophetæ Regii Vita, & alia nonnulla, ad Pſalmorum lucem Antvverp. ex officina Plantiniana, apud Joannem Moretum MDCVIII. in 8.

Reynerus Bervoyts de Brakel nennt es in beygefügter Cenſur Opus prælo digniſſimum, und der Jeſuit Andr. Schottus hat es mit einem Epigrammate beehret / deſſen letzte Zeilen alſo lauten:

Docte *Bochi*, gravibus Davidem teſtibus ornas
Illius es præco magnus, ut ille Dei.

Von ſeinem Inſtituto hat er in der Vorrede p. 3. ſeq. dieſe Nachricht ertheilet: Si quis forte miretur, vel conatum meum qualemcunq; reprehendat, quod poſt tam multos & tam præſtantes viros, Eccleſiæ Sanctæ lumina, Doctoresque eximios, qui interpretando, & in linguam Græcam, Latinam, vel aliam convertendo commentaria ſeu paraphraſes ſoluta oratione vel metrica ſcribendo, *Pſalmos* illuſtrarunt; in medium etiam aliquid

aliquid adferre & auſus & aggreſſus ſim: cum ego intellectis mentis meæ rationibus, qua primum ad hanc ſcriptionem acceſſi, æquiorem mihi judicem fore confido. Elapſi enim jam aliquot ſunt anni cum *Pſalmos Davidicos* in carmen convertere in animum induxi, & ſubſecivis horis, ac à munere publico, quo fungor, vacuis, operam impendi: Heroicum præ ceteris carminis genus elegi, quod majeſtate ſua ad ipſius argumenti reique dignitatem, quæ in *Pſalmis* tractatur, proxime accedere re vera exiſtimavi. Hujus autem rei deſiderium mihi magnopere auxit Santes Pagninus, ubi ejus verſionem ex Hebraica veritate videre primum contigit, & ejusdem eruditos è prælectionibus Franciſci Vatabli *Pſalmorum* Commentarios: deinde genuinum Gilberti Genebrardi ac primarium ſenſum. Qui fontibus apertis, *Parodiæ* noſtræ decantandæ auctores fuerunt. In qua ſi videbimus à vulgata translatione nonnunquam deflectere, ne tamen id quisquam neceſſitate metri, aut poëtico mentis exceſſu, aut aliam ob cauſam factum eſſe putet, me penitiorem Prophetæ intellectum, quantum quidem potui, ſecutum eſſe ſciat. Cum opus abſolviſſem, evulgandum cenſui; ſed cum animadverterem tam multa in hoc libro *Pſalmorum* contineri, quæ cum Philoſoph. & auctorum aliorum ſcriptis conveniunt, per multa ad hiſtoriam Sacram potiſſimũ explicandam pertinere, tam multa deinq; cum ſacra utriusque paginæ Scriptura ac Prophetis conſo-

conſonantia in regii Vatis odis inveniri, ut omnium myſteriorum ceu compendium quoddam eſſe videantur; operæ pretium me facturum putavi, ſi quicquid ejusdem materiæ legi, obſervavi & notavi, huic operi attexerem: idque eo gratius Lectori fore ſperavi, quo plures eſſe ſcio, qui numeris & lectione poëtica aut minus delectantur, aut non valdè magni faciunt. Omnium igitur deſiderio, vel ſaltem plurimorum, ſatisfacere ſtudui; ut ſimul ac lucem fœtus hic aſpiciet, & in hominum manus veniet. aliquid unusquisque pro genio vel palato ſuo in fronte vel titulo libri deprehendat, quod ad eum habendum, perluſtrandum & volvendum, invitet & alliciat. Non tamen in hiſce Commentariis rationes Theologicas proponendas ſuſcepimus, quæ in hoc Propheta tam frequentes inſunt, quàm verſus aut verba ſinguli Pſalmi continent: ut verè *è cœlo lapſum* hoc Pſalterium dicat Caſſiodorus Variar. lib. 2. Epiſt. 40. *Quod vir*, ait, *toto orbe cantabilis ita modulatum pro animæ ſoſpitate compoſuit, ut his hymnis & mentis vulnera ſanentur, & divinitatis gratia conquiratur*: ſed à ſenſu myſtico enodando abſtinuimus, eaque modo attigimus, qua à ſtudiis noſtris non ſunt aliena, & ab argumento aut materia non abhorrent. Quamvis enim dici poſſit, profana ſacris non eſſe permiſcenda; nemini mirum tamen vel ἀπροσδιόνυσον videbitur, ſi regium Prophetam rerum naturalium ſcientiam admirabilem, moralium & civilium uſum varium & multiplicem, hiſtoriæ Sacræ

cognitionem ſummam, multorum utriusque linguæ Scriptorum teſtimonio & conſenſu, habuiſſe oſtenderimus — — De ſacris myſteriis fusè tractant Theologi, ad quos lectorem pietatis amantem, ac penitioris Theologiæ ſtudioſum, conſulto ablegamus. Nam etſi in hoc ſtudio in juventute mea operam aliquam poſui, cum inter illuſtriſſimi Georgii Radzivilii Cardinalis ampliſſimi domeſticos numerarer, lectionesque Bellarmini cum illo Principe, qui opera mea in ſtudiis utebatur, aſſiduò frequentarem: ut ſi de rebus ſacris non nihil diſſererem, non planè videatur πολυπραγμονεῖν, aut falcem in meſſem alienam immittere — — Eos itaque ſecutus, qui in ſimili ſcriptione utrumque præſtiterunt, myſtica explicando, &, ſicubi forte incidat, per Philoſophos, & Hiſtoricos aliosque auctores Propheticas allegationes probando (ut in Geneſi, Exodo, & Daniele à Benedicto Pererio, in Jobum à Johanne de Pineda, à Baronio in Annalibus Eccleſiaſticis, aliisque quamplurimis factum vidimus) à nemine reprehendar, nec quisquam vitio vertet, ſi omiſſis Theologicis vel ſtrictim delibatis, aut tantum indicatis, ad ea modo tractanda me converterim, quæ in hunc Prophetam annotanda obſervavi.

Nachdem er dieſe gelehrte Annotationes geſchloſſen / folgte Davids Lebens-Lauff / und eine Verzeichnüs der Griechiſchen und Lateiniſchen Autoren (darunter aber kein einiger Proteſtiren-der

der Religion zu finden) wie nicht weniger einige von denen / so die Psalmen paraphrasiret und die Buß-Psalmen insonderheit erläutert. So hat er auch derer nicht vergessen/ die nur über etliche Psalmen geschrieben oder dieselbe in allerhand genera carminum gebracht. Worinnen es aber bißweilen versehen / haben wir in diesen tractat hin und wider bemercket:

Mich. von der Hagen hat p. 816. diesen applausum beygefüget:

Johannis Bochii Psalterio suo jam lucem visuro præmortui Epitaphium.

Quis situs hîc? *Bochius*, satis hoc, nam cœtera dicent
Candor & integritas, Ingeniumque Viri.

In *Baillet* Jugemens des Sçavans Tom. IV. p. 111. seq. finden wir diese kurtze Beschreibung:

Jean. Bochius de Brusselles ne l'an 1555. le 27. Juillet, mort à Anvers le 13. Janvier de l'an 1609. Greffier de la ville d' Anvers. Poëte Latin.

Les Poësies de cet Auteur se trouvent rassemblées en un Recueil, qui parut à Cologne, l'an 1615. Ce sont des Epigrammes, des Elegies, des pieces heroiques & d' autres especes, qui ont fait dire aux Critiques des Paysbas que Bochius avoit arrachè la palme à tous les Poëtes Latins de son temps, & qu' ils luy ont acquis parmi eux la qualitè de Virgile Belgique.

Nous parlerons ailleurs de quelques autres Ouvra-

Ouvrages plus importants de ce Bochius, qui ſemlent être devenus plus rares ou du moins plus conſiderables, depuis qu'il a ſervi de modele & d' original à un Auteur de nos jours.

Aubert Miræus in Elogiis Belgicis p. 209. vocat *grandiloquum Poëtam & in heroico verſu regnantem*.

Sonſten haben wir von Jhm und ſeinen Schrifften in Valer. Andreæ Biblioth. Belg. p. 461. ſeq. ebenfals zulängliche Nachricht/ conf. *Hendreich*. l. c. p. 612.

Pag. 386. lin. 22. lege: *quæ & p.* 387. lin. 5. lege: *conciones diſtribuit*. p. 396. lin ult. Eutychius p. 399. lin. deleatur punctum.

Ad p. 400. lin. 6. nach der Zeit habe ſie unter dieſen Titul erhalten:

Ponderationes in Pſalmos, juxta multiplicem Divinarum Scripturarum ſenſum. In quibus præcipuè ad mores informandos plurimi conceptus efformantur, eximiorum Authorum ſententiis à propriis fontibus hauſtis roborati: Divinis inſuper, humaniſq; hiſtoriis, atque copioſiſſima ſanctorum Patrum eruditione ditatæ. Necnon nobilium Poëtarum carminibus exornatæ: ſtudioſis omnibus, potiſſimum autem Divini verbi Præconibus revolvendæ proponuntur, per R. P. ANTERUM MARIAM à S. BONAVENTURA Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini. In tres diviſæ Tomos, quorum primus quadraginta Pſalmos, ſecundus ſexaginta quinque, tertius vero quadraginta quinque complectitur. Tomus primus:

mus: Lugduni, apud Laur. Arnaud, & Petrum Borde. M DC LXXIII. cum approbat. & Permissu Superiorum in fol.

Die Dedication hat er an den dreyeinigen Gott gerichtet. In der Vorrede aber gibt er diese Nachricht: Librariam magis quam librum tibi offero, & tibi præcipuè, cui vel libraria, vel tempus plures revolvendi libros deest. Neque quia harum lucubrationum subjectum sit Psalterium, minus adimplebitur exhibitio mea, veluti in ejus contemplatione defixus, ad alia pertractanda mentem advocare haud valuerim, sive non licuerit: enim verò copiosum adeò argumentum est illud Psalterii, ut vix aliquid excogitabile sit, ad quod investigandum, motivum subinde non præbeat. — Haud indebitè itaque in libro librariam tibi me offerre dixi, ratione integræ librariæ, quâ indigui, ut hunc tibi præparem librum, & quam in ipso libro quodammodo reperies. Verùm id velim scias, quod quamvis in hujusmodi variis tractationibus etiam ad evitandum tædium assiduus ero, nunquam tamen ullum Psalmi versiculum præteribo, in quo, juxta priscorum Patrum directionem, genuinum sensum non depromam: non quod mea sensa sileam (sic etenim hæ lucubrationes potiùs transcriptiones, quam ponderationes dicendæ forent) sed quia eorum luce ea me vidisse intelligo, quæ ipsi à Patre luminum intellexerunt: sicq; in eorum splendoribus me videre fateor, ut de iis, & de me, in quibus veritatem attingam, indubitatè credam atq; profitear;

tear: In lumine tuo videbimus lumen, & in lumine vultus tui ambulabimus. Attamen ut, quod sentio, dicam, non solum meæ erunt, quæ inopis mentis meæ, sed etiam quæ fœcundissimarum mentium SS. Patrum sunt conceptus;

In speciem parvum Psalmorum dono libellum,
Qui tamen ingentes pondere vincit opes.
Divitias alii tibi, & aurea munera donent:
Psalmorum majus munere nemo dabit.

In denen Prolegomenis schreibt er: Cur has lucubrationes potiùs ponderationes, quàm expositiones, sive commentaria, vel aliter appellari libuerit, sincerè respondeo, quia Patrum ponderationes sunt: adderem insuper, si modestia id permitteret, etiam mentis meæ, non solùm integro decennio successivè, atque indefesso labore hoc in opere insumpto, sed etiam triginta & octo annis (utinam verè dicere possem sanitatis, & non rationabilius infirmitatis meæ,) Tot enim fluxerunt, ex quo nullis meis meritis, sed solâ dignatione misericordiæ suæ clementissimus Deus Religiosorum coronis me participem fieri voluit, in tabernaculo suo me custodiendo, ubi die noctuq; sacram psalmodiam quemadmodum decantare, ita necessariò, ut meis obligationibus satisfacerem, ponderare debui. Ponderationes itidem eas nuncupare placuit, ne nimis audax existimarer, neve mundo odiosus redderer, quasi ei exponere vellem psalterium, quod jam clarissimi Ecclesiæ soles per sexdecim secula eruditissimis editio-

editionibus illuſtrarunt: nam D. Hieronymi temporibus, ut ex ejus ſcriptis liquet, jam decem ab ipſo enumerati Patres hanc navarunt operam. At quicquid ſit de pſalmorum novis interpretationibus, atque dilucidationibus (quantum ad me enim opinor, quod etiam poſt mille ſecula, ac millenaria, ſi tamdiu vixerit mundus, haud infructuoſè interpretarentur, & ſemper nova atque pulcherrima dicerentur) numquid reprehendi poteſt, qui ponderationes in eos habet, cùm nemo clericali militiæ adſcriptus reperiatur, cui hujusmodi obligatio injuncta non ſit.

Eine artige und ſeltne Erlaubnůs gibt er jedweden in dieſen Worten: Opus iſtud iis præcipuè deſerviat, qui novos component codices, ut hic meis laboribus liberius ad communem profectum utantur. Neque idcirco ab eis requiro, ut urbanitatis gratiâ, prout mos eſt, dicant dum ea allegaverint, hæc apud N. me nominando. Quinimo addo, quòd ſi aliquæ ex meis ratiocinationibus cuipiam arriſerint, ſi eis liberè uſus fuerit, veluti ſui ipſius intelligentiæ conceptibus, id gratum habebo: neque rationabiliter de furto aliquo redargui poſſet, quia volenti & conſentienti (quantò minus roganti, atque obſecranti,) non fit injuria: furtum enim eſt rei alienæ, invito Domino, ablatio. At non tanti facere has lucubrationes debeo, quatenus ad me reſpectum habent, ut hujusmodi honorificentiâ eas dignas habeam.

Hierauf folgen einige Lobſprůche der heiligen

Schrifft / insonderheit der Psalmen / welches aber gleich darauf alles wieder verdunckelt wird / wann er ex professo de obscuritate S. Scripturæ handelt.

Den andern Tomum hat er der heiligen Jungfrau Mariä und den dritten allen Heiligen im Himmel dediciret. P. 400. lin. 16. lege: *Davidias* ad p. eand. post verba lin. 20. nicht gesehen / adde:

Unter den Codd. MSC. *Guil. Laudi* ist auch GUIL. de BRAMFELDS Glossa in Psalterium zufinden. Vid. *Bernardi* MSC. Angliæ Catal. P. I. p. 66. n. 1139. Wer dieser Autor gewesen / habe biß dato nicht erfahren können / stehet auch sonst im gantzen Catalogo nichts mehr von ihm / oder daß er sonst etwas geschrieben hätte.

Ad p. 402. lin. 12. Fab. Justinianus nennt ihn gleichfals Matthæum, und schreibt l. c. p. 405. Scripsit comment. secundum hebraicam veritatem & veterum orthodoxorum patrum monumenta. Ad p. 407. lin. 28. Eisengrenius p. 410. lin. 18. adde Olearii Biblioth. Script. Eccl. & quos p. 149 citat autores, item D. *Gœzium* â *Tenzelio* allegatum in Biblioth. Curios. Anno 1706. p. 770.

Ad p. 412, lin. ult. Die Cartheuser haben auch alle Opera ihres Patriarchen des Brunonis, welcher zu Ende des XI. Seculi gelebet / zu Cölln 1611. drucken lassen. Bellarminus gedencket aber noch einer viel ältern Edition, darinnen sich seine Commentarii über die Psalmen und Episteln

Pauli

Pauli so wohl als in der Cöllnischen / die Anno 1640. zum andern mahle aufgeleget ist / befinden. Es ist aber nichts sonderliches in seinen Erklärungen / denn er schreibet seine Vorgänger / und sonderlich den Augustinum ebenfals aus. Rich. *Simon* in Hist. Critic. V. I. p. 316.

Unter den Codd. Manuscript. *Guil. Laudi* ist auch B. *Brunonis* Comment. in Psalterium, in Cantica Bibliorum, in *Te Deum*, &c. zufinden. Vid. *Bernardi* Catalog. MSC. Angl. P. I. p. 62. n. 1004.

Ad p. 416. lin. 11. schreibt. p. 417. lin. 3. post *honoratus* adde punctum, ad lin. 20. *Colomesium* lege, qui idem ferme memorat (*dans ses remarques sur les Scaligeriana p. 263.*) de Commentario Martini Buceri in Psalmos, und Melch. Adami in Vit. Theol. exteror. p. 16. meldet / daß dieser Coment. Buceri dem Petro Martyri gar viel zur Erkäntnüs der Wahrheit geholffen haben. Vid. *Joh. Christoph Wendleri* dissert. de Præcipuis Secul. XVI. & XVII. Theologis, sub præsid. D. *Sonntagii* A. 1710. Altdorf. hab. p. 85.

Ad p. 418. lin. 5. lege: Psalterium p. 423. lin. 3. verschiedenen MSC. p. 427. lin 1. und daß Bucerus.

Ad p. 439. lin 5. Notabel ist / was *Petr. Vincentius* in orat. de *Bugenhag.* erzehlet / daß noch im Papstthum / als er zu Trepta in der Schul docieret / diese Arbeit eine unter seinen ersten Verrichtungen gewesen; Ut auditores ad veram pietatem fle-

cteret, enarrare *Matthæum*, & *Epiſtolam ad Timotheum*, & *Pſalmos* in ſcholis cepit, & κατήχησιν juventuti tradidit, in quâ Symboli & decem Præceptorum enarratio erat, in quâ monſtrabantur veri cultus Dei, & Exempla Ethincorum ſimilia taxabantur, ac docendo proficiebat ipſe. Adeò grata piis hæc in ſcholis lectio fuit, ut ad eam audiendam accederent, & cives, & ſacrificuli, & Monachi, qui non erant ἄθεοί. — Carlſtadianæ Controverſiæ cum agitarentur, redit huc *Lutherus*, ut diſſidia tolleret, & tranquillitatem hujus Eccleſiæ reſtitueret. Hoc tempore *Bugenhagius Pſalterium* enarravit; & juventutem utiliter docuit, & in tuendâ concordiâ & pace hujus Eccleſiæ, moderationem & conſtantiam eximiam præſtitit. Quare aliquanto poſt conſentientibus ſuffragiis *Senatus Academiæ* & *Senatus oppidi*, factus eſt Paſtor Eccleſiæ Wittebergenſis, quam Deo juvante pie & fideliciter in magnâ varietate temporum gubernavtt *annos ſex & triginta*.

Item *Micrælius* in Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 741. Bugenhagius ob eruditionem ſingularem, ſummamq; prudentiam & animi moderationem, omnibus bonis commendatiſſimus, ante Lutheri reformationem Pſalmos Davidis atque Matthæi Evangelium explicuit &c.

Nomen ſibi Pomeranus ante omnia peperit *Interpretatione in librum Pſalmorum*, quam Germanicè primum, deinde Latinè edidit, eandemq; iterum atque iterum recognitam magno tum temporis applauſu in publicum emiſit. Certe in hac

hac *doctrinæ & consolationes, ex Propheticis Apostolicisq; scriptis* desumtæ, simplices, jacentesq; Christianorum animos mirum in modum erigentes atque corroborantes, adeo, ut ejus labor & cura illis maximè temporibus Ecclesiæ ædificationi multum profuerit. Jac. *Verheiden* in Elog. Præst. Theol. p. 35.

Pag. 438. lin. 22. lege: *Islebianæ* p. 440. lin. 20. *omnia.*

Ad pag. 456. lin. 7. Ex ejusdem *Cajetani* enarratione in Psalmos, Parisiis, sub prælo Ascensiano 1532. quo in opere etiam suos errores hæretici supposuerunt:

Psal. 2. in illud, *Beatitudines omnium sperantium in eo*, fol. 7. pag. 1. post illud, *Præmia futuræ vitæ*, dele usque ad, *In primo Psalmo*, exclus. — Ex Indice explanationis in Psalmos, dele, *Ad beatitudinem æternam assequendam exigitur, & sufficit spes in Christo.* *Sotomajor* in Indice LL. prohib. p. 941.

Gretserus tr. de nov. translat. c. 2. war mit ihm nicht zu frieden / daß er die Patres nicht besser gebrauchet hatte in seinem Comentario über die Psalmen / sondern unter dem Vorwand des Sensus literalis sie zurücke gesetzet. De Cajetano quid dicam, schreibt dieser Jesuite / in cujus integro super Psalmos Commentario nescio quoties Sanctorum Patrum mentio vel citatio vel auctoritas & sententia appareat? Er antwortet aber in der Dedication an den Pabst Clementem VII. also: Solus Psalterii sensus, quem literalem vocant,

 nulli

nulli est adhuc pervius, sed abstrusus, cùm ferè omnes qui Commentarios in illud ediderunt, mysticos tantum sensus attulerint.

Es ist dannenhero dieser Cardinal mehr zu loben/ als zu tadeln/ daß er den Sensum literalem untersuchet hat/ und die Auslegungen der Väter beyseite gesetzet/ als welche zu seinem Zwecke nicht dienten. Weil er aber die Hebräische Sprache nicht verstanden/ sondern andern darinne folgen muste/ so fehlet er hier und da. Hierzu kam daß er denen Scholasticis im urtheilen nachgieng/ und so ein Temperament treffen wolte/ welches er aus derer Protestanten Büchern nachmachete/ das weder denen Papisten noch Protestanten gefiel. In der Griechischen Sprache sol er auch wenig erfahren gewesen seyn. Idem *Simon* in Hist. Critic. V. T. p. 50. *per Rühl.*

Ad p. 460. lin. 22. *Beza* schreibt von *Calvino* in Vita Epistolis ejus præfixa ad A. 1557. afflicta licet nonnihil valetudine, nihil tamen de quotidianis laboribus remisit, editis anno consequente in omnes Psalmos Commentariis longè doctissimis, quibus præfationem verè pretiosam adjunxit.

Pag. 461. lin. antep. *lege:* Scriptorem. Pag. 467. lin. 13. in des/ ad p. 468. lin. 28. dennoch ist diese Arbeit in Indicem expurg. gesetzt worden/ ob er gleich der Päbstischen Religion zu gethan/ wie aus Sotomajoris Spanischen Indice p. 702. erhellet.

Ad p. 470. lin. 10. *Justinianus* in Comment. ad S. Script. p. 402. nennt ihn gleichfalls Alexandrum Capgrave.

Ad

Ad p. 474. p. 17. *Magnus Aurelius Cassiodorus Senator* * Scriptor Christianus, è Romanâ Senatorum familiâ in Brutiis natus: ab Athanasio Kirchero p. 217. libri de turre Babel malè refertur ad tertium à nato Christo seculum, cum medio seculo sexto floruerit, variisq́; honoribus auctus sit à Regibus Gothorum Theodorico, Athalarico, Amalasventha, Theodahado & Vitige. Consul. A. C. 513.

Denique rerum aulicarum turbarumque civilium pertæsus Vivariense monasterium in extremâ Calabriæ parte condidit, inq́; illo quod supererat ætatis (centum ferè propemodum annos implevit) pio & erudito otio transegit J. A. Fabricius in Biblioth. Latin p. 651. allwo er in den folgenden unterschiedliche Nachrichten von seinen Schrifften ertheilet.

Ad pag. 476 lin. 6. Meine Edition in fol. (von welcher wir hernach zum Beschluß etwas gedencken wollen) hat Johannes de Lapide ein Carthäuser-Mönch dem Buchdrucker daselbst Johann von Ammerbach dediciret / allwo er unter andern meldet: Hæc Cassiodorus præcipuè in Psalmis reperiri locis aptis commodissime explicat, nihil intactum relinquens, nihil incastigatum, nihil ineptiarum, nihil deniq́; improprietatis vulgaris in verbis admittens. In ipsa quoq́; expositione diligenter attendit (ut venerabilis Beda testatur)

 quid

* *Non officio, sed nomine Senator* Colomes. p. 207. Opusc. Alios hujus nominis vide in *Glandorpii* onomastico Romano p. 783.

quid Ambrosius, quid Hilarius, quid Augusti-
nus, quid Cyrillus, quid cœteri sancti dixerint.
Bono igitur consilio fecisti, optimè frater, ut post
patris Augustini opus hujus præclari viri tam in-
signe volumen opera tua in lucem perducere &
multiplicare curasti. Magnas revera tibi gra-
tias ipse Cassiodorus debet. Majores autem cun-
cti sacrarum literarum amatores, maxima verò
tu sperare debes à Domino præmia &c.

In der Vorrede gehet Cassiodorus alles kürtz-
lich durch / was von den Psalmen zu wissen nöthig
ist. Merckwürdig ist gleich der Anfang wegen
des herrlichen Lobspruchs *Augustini*: repulsis ali-
quando, & curis secularium noxio sapore condi-
tis: cum Psalterii cœlestis animarum mella gu-
stassem, id quod solent desiderantes efficere,
avidus me perscrutator immersi, ut dicta sa-
lutaria suaviter imbiberem post amarissimas
actiones. Sed familiaris inchoantibus occur-
rit obscuritas, quæ variis est intexta perso-
nis & velata parabolis. Hæc in dictis vita-
libus, noxia dissimulatione præteritur, dum
sæpe illud reperiri solet ambiguum, quod ma-
gni Sacramenti gestat arcanum. Tunc ad Au-
gustini, facundissimi patris, confugi opinatissi-
mam lectionem, in qua tanta erat copia congesta
dictorum, ut retineri vix possit relectum, quod
abunde videtur expositum. Credo, cum nimis
avidos populos ecclesiasticis dapibus explere cu-
pit: necessario fluenta tam magnæ prædicationis
emanavit. Quocirca, memor infirmitatis meæ,

mare ipsius quorundam Psalmorum fontibus perfusum divina misericordia largiente, in rivulos vadosos, compendiosa brevitate deduxi, uno codice: tam diffusa complectens, quæ ille in decadas quindecim mirabiliter explicavit. Sed ut quidam de Homero ait: tale est de ejus sensu aliquid surripere, quale Herculi clavam de manu tollere. Est enim literarum omnium magister egregius, & quod in ubertate rarum est, cautissimus disputator. Decurrit quippe tanquam fons purissimus, nulla fece pollutus, sed in integritate fidei perseverans, nescit hæreticis dare, unde se possint aliqua colluctatione defendere, totus Catholicus, totus orthodoxus invenitur. Et in Ecclesiâ Domini svavissimo nitore resplendens: superni luminis claritate radiatur. Quædam vero noviter inventa, post tam mirabilem magistrum, sola Domini præsumtione subjeci: qui parvulis confidentiam, cæcis visum, mutis sermonem, surdis præstat auditum.

Das übrige hält unterschiedliche Lobsprüche der Psalmen in sich. Darauf folgen einige prolegomena, de prophetia Davidica, de titulis Psalmorum &c.

Zum beschluß heist es auf den letzten Blat: hactenus quæ ad expositionem Psalmorum pertinere videbantur, domino largiente discussa sunt, nunc Salomonis dicta videamus, quæ proprios expositores habere noscuntur. — — — — — Disertissimi atque dignissimi Sanctæ Ec-

clesiæ doctoris Cassiodori, Romani urbis quondam Clarissimi Senatoris, famatissima Psalmorum expositio, post aliorum Sanctorum Patrum scripta exactissimè digesta, dulcissimoque fonte purissimæ Latinitatis irrigata: cum pervigilanti emendationis studio auctore omnium cooperante arte impressoria perfecta est per Magistrum Johannem de Amerbach præclaræ Basileensis urbis civem Anno Dom. 1491.

Cassiodorus in Psalmos emendatius editus Paris. 1529. fol. Vide *Colomesii* Opera p. 441. editionis à me curatæ, D. *Joh. Albert. Fabricius* in Biblioth. Lat. supplem. p. 275. 277.

Commentarius iste ex Augustino præcipue, tum ex Hilario, Ambrosio & Hieronymo collectus ut ipse innuit c. 4. divin. lect. lucem adspexit seorsim Basil. 1491. 4. & Paris 1529. fol. tum novissimè in T. 2. editionis operum Rothomagensis emendatus*, ope quatuor codicum MSS. Erasmus lib. 25. Epist. II. de hoc commentario agens, *Cassiodorus*, inquit, *maluit omnia scribere quomodocunque, quam pauca exactè.* Garetius in præfat. ait, se citationes ex versione LXX. Interpretum: qua sola hic scriptor usus est, ad formam editionis vulgatæ reduxisse, quod non ita est intelligendum, ac si loco verborum ex ver-

* Joh. *Marcianæus* prolegom. 3. in Bibliothecam divinam S. Hieronymi: Displicuit invenisse apud Garetium tot veterum librariorum errores, quos utique castigare potuisset studio Sacrarum literarum mediocriter eruditus, atque lectionibus Hieronymianis plusculum exercitatus. Confer Richardi Simonis Epistolas Criticas p. 89. & 91.

ex verſione ſecundum LXX. Interpretes verba vulgatæ repoſuiſſet, (cui enim cordato id facinus probaret?) ſed quod locis à Caſſiodoro adductis in margine apposuerit capita & verſus vulgatæ, ubi eadem ſententia legitur. Ibid p. 655. ſeq.

Johannis verò Harduini ſententiam, qui Caſſiodori ſcripta omnia, exceptis Epiſtolarum Libris, tractatu de animâ & Commentario in Pſalmos à Gallo quodam ſuppoſita arbitratur, refellit Lud. *Elias du Pin* in præfatione ad Bibliothecam ſcriptorum Eccleſiaſticorum ſeculi Sexti. Ibidem p. 658.

Ad p. 478. lin. 20. Caſſiodori expoſitio in Pſal. primos quinquaginta ſind unter den MSC. Thom. *Bodleji* in Bernardi Catal. MSC. Angliæ P. I. p. 106. n. 2039. zufinden ꝛc.

Ad p. 479. lin. 28. conf. *Fab. Juſtinianum* in Comment. de S. Script. p. 403.

Ad p. 480. lin. 27. kan referiret werden/ was in Perſonal. Davidis p. 601. ſeq. aus Bartoloccio und Wagenſeilio von R. CHANNAIAH BEN JAKAR angeführet worden.

Vorgedachter *Juſtinianus* l. c. allegiret auch *Georgii* CHEROBOSCHI enarrationes in Pſalmos. Poſſevinus Tom. I. Appar. S. p. 627. gibt uns dieſe Nachricht: extat Græcè aliquid in novem Pſ. Davidis in Bibl. Regis Catholici, quæ eſt in Scoriaco.

ADRIANUS CHILIUS, Maldeghemius Flander, Brugis ad D. Donatianum ludi primum

literarii magister, post Paroecus, Græcè Lati-
neque inprimis peritus, versu Latino feliciter
reddidit *Aristophanis Plutum.* Item *Luciani po-*
dagram posteriorem. Antver. apud Hillenium,
1533. 8. *Psalterium*, eodem interprete ex chal-
daico in Latinum translatum, seu potius Para-
phrasis in illud, legitur Brugis in cœnobio Du-
nensi, Ord Cistertiensis. VALER. ANDREÆ
Biblioth. Belg. p. 9.

R. JOSEPH CHIVAN Olissiponensis Ben R.
Abrahami Chivan, scripsit luculentam expositio-
nem in Psalmos. Excusa est una cum Textu sa-
cro grandioribus characteribus & punctis voca-
libus ornato, cui addita est explanatio R. *David*
Kimchii, Thessalonicæ apud Don Judam de do-
mo Ghedaliæ, anno 5282. Christi 1522. regnan-
se Sultano Solimano, anno ejus secundo. In fol.
Bartoloccius P. III. Biblioth. Rabb. p. 945.

Ad p. 482. lin 17. In Codicibus MSC. Græcis
Bibliothecæ Baroccianæ findet sich auch Fragmen-
tum Joh. CHRYSOSTOMI in Psalmos vid. *Ber-*
nardi Catal. MSC. Anglic. Clas. I. p. 2. n. 12. und
Class. 2. p. 35. n. 259. *Ejusd.* Commentarius in
Psalmos Ibidem p. 37. n. 265. Chrysostomi Com-
ment. in Psalmos (præter quinquagesimum)
quos primo loco editionis suæ potuit D. *Savilius*
pro genuinis ἀναμφιβόλως. &c.

Pag. 482. lin. antep. *Dav. Chytræi* explication
in Ps. 103. 117. und 118. ist seiner Erklärung des
Josuä p. 671. seq. mit beygedruckt / und Henrico
Gebhards, Pastori in Hohenwested dediciret
worden.

worden. Es hat ihm dieselbe ein fleissiger Auditor unter wehrenden profitiren nachgeschrieben / wie er selber meldet.

CLAUDIUS CLEMENS, Scotus, Bedæ venerabilis discipulus & Alcuini Abbatis, & Levitæ in fundanda Academia Parisiensi collega, ob sapientiæ doctrinam extrema pene senectute an. 761. (si recte Annorum Democharis series inita est, alioquin multo serius) creatus legitur Episcopus 31. Antisiodorensis. Scripsit in quinque libros Mosis, in Josuam, in Judicum, in Ruth. In Psalterium, In Matthæum de Evangelistarum concordia. Extant in Epistolas Pauli Commentarii MS. Cassini sub nomine Claudii Episcopi Antisiodori, litera Longobardica, in pluteo quinto ad levam. Summa vero ejus & Commentarii in Epistolam ad Galatas excusi sunt Paris. A. 1542. sub ejus nomine. De monachatu agunt Trithemius de Scriptorib. Ecclesiast. & lib. 2. De viris illustribus ordinis S. Benedicti, C. 28. & Sixtus Senensis Bibliotheca lib. 4. & alii pleriq;, de quo & Bibliotheca Philosophorum, ubi agitur de Episcopatu. *Possevinus* Tom. I. Appar S. p. 358. *Sixtus Senensis* l. c. handelt zwar p. 219. auch von ihm / meldet aber mit keinen Wort / daß er etwas über die Psalmen geschrieben hätte / wie es hingegen Joh. Bochius l. c. p. 807. und Fab. Justinianus in Comment. de S. Script. p. 403. nudè ohne allen Beweiß asseriret. Sehr glaubwürdig ist auch / daß unterschiedene Clementes, die zu ungleicher Zeit gelebet haben mit einander confundiret

ret werden wie der gelehrte *Spanhemius* in Histor. Christ. Sec. VIII. Tom. I. Opp. p. 1301. seq. gar wol erinnert.

Pag. 490. lin. 12. *lege*: laboriosissimus p. 497. lin, 8. *Habichhorst* p. 498. lin. antep. Longobardorum.

Meine Edition hat folgenden Titul: Expositio Patrum Græcorum in Psalmos, cum Commentariis *Balthasaris Corderii* Societatis Jesu, ex Vetustissimis S. Cæs. Majestatis, & Sereniss. Bavariæ Ducis, M. SS. Codicibus ἀνεκδότοις concinnata, in Catenam digesta, latinate donata, & Annotationibus illustrata, Antverpiæ typis Plantinianis. Prostant apud Hieronymum Verdussen, viâ vulgò Cammerstrate dictâ, sub Leone aureo. M DC LXXVII. in fol.

Die Dedication ist an Kayser Ferdinand. III. gerichtet / zur Danckbarkeit vor die aus der Kayserlichen Bibliothec empfangene MSC. bey dieser Arbeit. In der Vorrede schreibt er / welches Lambecius vorhin ausgelassen: (Conf. P. VIII. p. 504. lin. 15. post verbum *contextam.*)

Ad quam supplendam, cum electoralibus Serenissimi Bavariæ Ducis Codicibus duobus, qui in Bibliotheca Monachiensi servabantur, opus mihi esse intelligeret Imperator, per Vice-Cancellarium Stralendorfium statim literas suo nomine ad Serenissimum Eelectorem expediri curat; in virtute quarum duos Codices illos Viennam asportandi facultas mihi fieret: quæ & facta est à Serenissimo amplissimè. Catenam itaque ex utrisque pleniorem contexui &c.

Et ne

Et ne ad operis plenitudinem curiosus Lector quicquam desideraret, quarto loco ad singulos Psalmos meas addidi Annotationes; in quibus variantes potissimum lectiones discutiuntur, & ex iisdem doctrinæ variæ eliciuntur, Ac ne quid desit, in gratiam Concionatorum peculiarem indicem adieci in universa, quæ per anni decursum occurrunt, Evangelia.

Der andere Theil führet diesen Titul:

Expositio Patrum Græcorum in Psalmos, à Balthasare Corderio Soc. Jesu ex vetustissimis Sac. Cæs. Majestatis, & Sereniss. Bavariæ Ducis MSS. Codicibus ἀνεκδότοις concinnata; in Paraphrasin, Commentarium & Catenam digesta; Latinitate donata, & Annotationibus illustrata. Tomus secundus qui secundam Psalmorum quinquagenam continet. Antverpiæ, ex officina Plantiniana, Balthasaris Moreti. M DC XLVI. in fol. und ist dem Churfürsten Maximiliano, Hertzog in Bayern dediciret worden, weil ihme sehr viele MSC. und documenta dazu aus der Bibliothec zu München communiciret worden. Unter andern macht er dieses Compliment: Ex Selectissimo Tuo Codice M. S. quem mihi clementissimè commodasti, quàm latè è Psalmo quinquagesimo Græcus Catenæ textus patet, mea manu descriptus, beneficium est Tuum: quod vel eò censendum est majus, quo iniquiori tempore animoq; liberaliori à Te concessum est: quando nimirum inimica Suecorum arma longè lateq; per Imperium diffusa ipsimet

Bava-

